Quarto opponi solet textus in c. filiis, vel nepotibus. 16. q. 7. Ubi si sacerdos, aut minister Ecclesiae aliquid ex collatis rebus dissipaverit, permittit patrono episcopo, siudicii corrigendum denunciare, quod si talia Episcopus agere tentet, Metropolitano eius haec insinuare debet. Si vero Metropolitanus talia gerat, Regiis auribus id intimare tenetur. Atque ex ea probavit ille textus, principes seculares in Metropolitanum iurisdictionem exercere posse. Cui difficultati respondet glossa ibi verbo Regiis, textum illum intelligendum esse, quando Metropolitanus per ecclesiasticum cogi non valet arg. textus in c. nec licuit. 17. distinctione in c. petimus. 11. q. 1. Haec interpretatio mihi non probatur. quia Metropolitanus non tantum per Pontificem, sed per primatem cogi potest c. conventiae 99. dist. quia Primas Me-

solutio glossae d. c. filiis reiicitur.

Primas est supra Metropolitanum.

tro-

Ecclesiasticus contumax in parendo suo iudicis praeceptis recte potest per secularem iudicem comprimi.

tro politano superiore, ut not. Petrus Gregorius l. p. sintagm. lib. 19. c. 10. et tex. in d. c. nec licuit cum simil. proinde, quod reus condemnatus, et monitus mandatis iudicis competentis acquiescere detrectat. tunc n. licitum est secularem potestatem adire, eiusque auctoritatis contumacem reum comprimere c. principes. 23. q. 5. videl. ut qui intra Ecclesiam positi fidei et disciplinae Ecclesiae agunt, rigore principum conterant. et hoc est, quod dr. in d. c. aestimimus in vbo. censurae formam disciplinae.

N. 42.

Nec magis placet alia interpretatio Gloss. asserentis tex. illum intelligendum esse, quando iudex Ecclesiasticus negligens, et desses fuerit arg. tex. in c. ex transmissa. de foro compet. tum quia aperte declinat a verba illius tex., ex quo non apparet desidiam, et negligentiam ex parte iudicis Ecclesiastici intervenisse. Tum etiam quia negligentia Ecclesiasticorum tollit laicorum incapacitatem ut per tex. in d. c. qualiter, et quando 2. tto. Ubi Abb. n.

Quod iudicis ecclesiastici negligentia laicorum incapacitas non tollitur.

7. aliter interpretatur dicens, in d. c. filiis, et nepotibus Regi denunciandum esse, non ut Rex ipse Metropolitanum comprimat, sed eum hortetur, et moneat, et a pred. superiore iubeat. Quae interpretatio interim, dum alia meliora occurrunt probanda est.

N. 43.

5. obstat tex. in auth. de sanctiss. episc. §. sed nec a quolibet. collation. 9. et tex. in auth. nullus eps. C. de episc. et cleric. at ipse alia exempla quae in tex. numerant.

Quinto obstat tex. in auth. de sanctiss. episcop. §. sed nec pro quolibet. collat. 9. in auth. nullus eps. C. de episcop. et cleric. Ubi dicit Episcopum invitum ad iudicem civilem, et militarem trahi non posse, nisi princeps iubeat. Atque ita probat volente civili, et militari posse conveniri: volente vero non aliter quam si invito principis interveniat. Unde de causis episcoporum interdum cognovisse principes seculares legimus, nam cum Stephanus Antiochenus, obsenis metuens, ne Athanasius cuius causa duo episcopi Orodani a Sede Apostolica ad Constantium Imperatorem missi fuerant, in pristinum locum restitueret, et ablatas ecclesias recuperaret, antea, ellos e prostibulo mercede conducta in episcoporum diversorio collocassent, ut eos stupri, et scortationis postularet. ea cognita a Constantio, et aliis iudicibus, ut calumniarum auctor damnatus, et

ab Ecclesiastica dignitate deiectus est, ut constat ex historia tripartita lib. 4. c. 29. Niceph. lib. 9. c. 2. et Enea Roberto lib. 1. rer. iudicat. c. 6. Et paucis ab hinc annis Carolus V. invictissimus, et religiosissimus Imperator Hermanum Archiepiscopum Coloniensem adse avocavit, ut a criminibus sibi obiectis se purgaret, atque liberum ostenderet, ut refert Barclaius c. 35. apud Bellarminum, et Surius, cuius meminit Suar. lib. 4 adversus Regem Angliae c. 13. n. 11.

Sed resolutis his, quae tradit Conradus Rittershusius ad novellas Iustiniani 1. p. c. 7. n. 7. et seq. dicendum est plerosque ex Imperatoribus, pro sua pietate, atque excellentia suorum privilegiorum non satis recte praecepisse. Eoque interdum errore, et ignorantia ductos episcoporum iurisdictionem sibi reservasse, ut fecit Iustinianus in l. 1. C. de episcop. et cler. §. sed nec pro quibet. Ipsum tamen deceptum fuisse constat ex his, quae supra tradidimus, et ex scilicet Millevitano c. 19. ubi ab Imperatore publici iudicii cognitionem petens honore privandus c. praedicit et c. 9. q. 1. not. Suar. ubi supra c. 13. n. 9. Quare canonice tractatur in c. nullus 11. q. 1. referens illam Iustiniani constitutionem, quaedam verba omisit. scilicet, inuictus et sequentia illa: nisi princeps iubeat. quae ea ab Eccl. iudicio, et disciplina aliena esse censuit.

N. 44.
Ratio decidendi.

Nec quidquam obstat, Constantium de Stephano Episcopo cognitionem iudicium fecisse. Nam Constantius Arrius sectator multa adversus Ecclesiasticam immunitatem moliri ausus fuit. Voluit n. primas partes tenere in sedibus. Quapropter Athanasius in ep. ad solitariam vitam agentes graviter eum reprehendit dicens si iudicium episcoporum est, quid commune cum eo habet Imperator. Et rursus contra haec mandat episcoporum causas tentavit definire. ut colligit ex Bellarmino lib. 1. de clericis, et Eccl. c. 29. Atque ita facta, illaque et alia similia, quae memorantur ab Enea Roberto lib. 1. rer. iudicat. c. 6. immunitati Ecclesiasticae nihil detrahere, aut delibare possunt.

N. 49.
iudicium de Stephano a Constantio factum explicat.

Carolli quinti factum explicatur.

Vt not. Baronius in annalibus an. 492. et seqq. Suarez lib. 4. aduersus Regem Anglorum c. 23. n. fin. vbi aduertit Carollum quintum recte potuisse Hermanum appellare coram se comparere, non vt archiepiscopum, sed vt principem Imperii, item potuisse eum vocare, non vt iudicem, sed vt protectorem cleri, et academiae Coloniensis, et vt afflictis subueniret, et Ecclesiae nocumenta vitaret, donec Summus Pontifex de ea cognosceret, prout cognouit, et Hermanum priuauit, vt refert Surius in commentario anno 1547.

N. 46.

Vidimus de episcopis exemptionem: nunc disputationis ordo exigit, vt de clericis videamus. Primo illud aduertendum est duo esse Christianorum genera. alii enim sunt diuino cultui addicti, et mancipati, qui a verbo Graeco (Cleros), quod sortem, vel hereditatem significat, clerici appellantur c. duo 12. q. 1. quia scilicet de Domini sorte sunt c. cleros 21. distinctione, vel quia ipse quidem dominus sors, et hereditas clericorum est c. clericus 12. q. 1. obseruant Alciat. lib. 2. par. ergon c. 22. Tiraquellus de primogen. q. 17. opinione 8. n. 8. Bellarm. lib. 1. de cleric. c. 1. Osasco decis. pedemontana 30. n. 11. et ideo qui hodie clericum ordinant dum illum ex psalmo 15. palam pronuntiant: Dominus pars hereditatis meae, tu es, qui restitues hereditatem meam mihi. vt not. Petr. Greg. 2. p. syntag. lib. 16. c. 1. n. 9. Caeteri vero dicuntur laici quasi populares et plebeii, quibus nulla pars functionis Ecclesiasticae ama- ... explicat Bellarminus d. c. 1. vbi eleganter inuehitur in haereticos asserentes hanc nominum distinctionem ab impia hominum tradita esse affecta, cum constet eam sacris literis desumpta, ab omnibus patribus, et conciliis saepissime fuisse vsurpata. Laicorum autem appellatio nata est a verbo Graeco (Laos) quod plebem significat vt aduertit Petrus Greg. d. c. 1. n. 2. vbi etiam aliam Graecam vbi etymologiam affert.

Vnde apparet, populi appellatione ex stricta eius vbi significatione clericas

Verbum (Cleros) graecum latine explicatur. Vnde clerici.

Vnde laici.

Verbum graecum (Laos) latine quid significet.

N. 47.

cos n̄ ɔpbendi c. 1 de pbend. ꝉ: clero, siue populo. pter. DD. ꝉ obseruant Decq. in. ꝉ. Felin. n. 69. in c. [illegible] Sanctę Marię de ɔstitut. Perek in. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinam. cap. 22. sed Decundu lata significatione, nisi ex mente, aut ṽbis disponentis, ꝉ ex subiecta materia ɔtrariu colligat, sub nomine populi n̄ tm̄ laici, sed etiā clerici ɔtinent. l. 1. C. de sum. Trin. quia vere sȝ ciues, et pars populi, et quatenus tales Regi subijciunt arg. tex in c. de capitulis. 10 dist. ac pillis ṽbis vetrorq; Pontificu. apud Libone c. 136. legit. nostrorq; etiā Pontificu pdecessorꝫ. sed vulgata lectio Gratiani defendi potest, si ante ṽbu (pdecessorꝫ) adiciat ɔiunctio hęc, quę apud Panormita* reperit lib. 2. c. 249. de qua subiect° plura tradunt Franciscus Marcus decisio 499. n. 9. 1. pte Surdus ɔsilio 4. n. 7. volumine 3. Vincentius de Franquis decisio 9. n. 5. volumine Marta de iurisd. 4. pte. n. 27. cap. 1. Bouadilla in sua politica lib. 2. c. 18. n. 67. et io in ɔmitijs generalib9. apud nos obtentu ē, vt cu Rex iurat a Vasallis, a clero etiā iurat, vt notat Valascus ɔsultat° 100. n. 5. quia clerici dicunt eē de temporali districtu c. fin. ꝉ. nec aliqs de offic. deleg. in 6. docent Bartol. in l. 1 ff. ad Municipale et DD. in d. c. Eccle sanctę Marię. Mol. 1. tom. de iust. et iu. tit. 2. disput. 31. ṽs. sexta & quę ad questiones praxi vtiles applicari possunt ex traditis ab Oldraldo ɔsilio 32. Rapp. allegat° 101. Salcedo in aditionib9. ad Bernardu Diaz in pratica c. 99. Raimonaldo iuniore ɔsilio 368. lib. 4. Burgos de Paz in. l. 3. Tauri n° 3. d. n. 398. Sed illud ꝉ notandu ē, in ṽro c. decernimus, laicorꝫ appellat° significari tu=

Q̃do sub ṽbo, populo, etiā clerici ɔprehendant.

* Panormitanu

Rex etiā a clero iurari debet.

N. 48.

dices magistratus, et principes secularem iurisdictionem et potestatem habentes, non vero personas privatas nulla iurisdictione, aut potestate praeditas, namque de his frustra dubitaret, an negotia Ecclesiastica tractare possent, cum nec clerici, quatenus privati, et Ecclesiastica iurisdictione carentes negotia Ecclesiastica tractare possent. quod aperte significatur in d. c. decernimus. in verbis. sed episcopi, Abbates, Archidiaconi, et alii Ecclesiarum praelati. sic n. legendum est, ut observat doctissimus Antonius Augustinus, Concius his. nam hi omnes, quorum quidem mentio fit in d. c. decernimus. ordinariam iurisdictionem habere dicunt, secundum celebrem, atque notabilem doctrinam glossae finalis, quae quidem recepta est communiter ab Abbate in numero. 6. Petro et aliis, qui quidem valde est doctissimus, atque omnino videndus n. 14. et aliis quae plurimi congesti a Flaminio Parissio de confidentiis q. 28. n. 14. Cum igitur clerici vocati sint in sortem domini a laica, et seculari iurisdictione merito sunt exempti c. denique 9 6. dist. c. nullus 6. c. Christianis c. vetatur c. experientiae, c. siquisqua c. placuit 11. q. 1. c. 2. 21. q. 9. c. decernimus c. at si clerici K. nouit S. ta c. 1. et. 2. c. si diligenti c. significasti de foro compet. c. 8. et 32. concilii Agatensis, et in Trident. sess. 25. de reform. c. 20. et in l. 9. t. tit. 6. p. 1.

N. 49. Pro cuius quidem conclusionis explicatione investigare oportet, an exemptio clericorum a iurisdictione seculari procedat iure divino, vel positivo. Constat certum est clericos omnino exemptos esse in omnibus causis sive civilibus, sive criminalibus, ut constat ex allegatis iuribus. et p. tota, 11. q. 1. et in concilio Constantiensi deinde est. contra Vviclefum, et alios dicentes Christum tributum solvisse

n

n ex liberalitate, sed ex obligat.e, vt retulit, et impugna=
uit Victoria de potestate Eccl.e q. fin. n. 9. ~~Et~~ Tomo
.1. lib. 9. c. 12. q. 1. Multi q existimant hanc exemptio=
nem iure diuino procedere, ita Nauarro in c. nouit. notabili 3.
.n. 92. hoc lib. et relati a Cobb. in practicis c. 31. Salas
de legibus tit. 14. disput. 14. sect. 11. n. 11 d. et sic procede=
re dicunt illud Genesis c. 47. quod refert d. gta in
c. quanquam de censibus. dum dicit Patriarcham Joseph sa
cerdotibus, et eorum bonis exemptionem dedisse de potesta=
te Pharaon, et reddit rone Nauarro vbi s.a n. 6. pp. ca=
racter sacerdotale clericorum, rone cuius clericatus iuris diui=
ni censet, vt not. Bellar. de potestate Romani Pontifi=
cis c. 11. a n. 10. Soto in 4. dist. 29. q. 2. art. 1. Contra= N. 96.

riam vo sniam multo veriorem ee puto, quam probant Bal=
dus, Angelus, Salicetus, et Cumanus in l. iubemus.
.C. de sacrosanctis Ecclesiis, Menochius de recuper. re=
med. 15. n. 210. Duarenus de sacris Eccl.e ministeriis.
lib. 1. c. 2. et inter theologos receptior, vt testat Bellar=
minus tomo 1. de clericis c. 28. Salas de legib. vbi s.a n.
.11 d. qm alicubi in scriptura n reperit tales exem=
ptio. Nec obstant Matthei vba c. 17. que fundamen=
tum dederunt cõriae sniae. to: Ergo liberi sunt filii. ex quo loco de=
ducunt aliquod hominum genus n ee principibus subiectum. quod
n nisi de ecclesiasticis verificari pot. facile. n. exmen=
te sanctorum PP., quod to loquebatur Christus de se ipso et a=
postolis, qui secularis ditionis n erant, nec bona ha=
bebant temporalia, de quibus tributa soluere deberent. n q
sequitur, qd alii ex lege Christi sint participes huius li=
bertatis, sed solum illi fortassis, qui vitam apostolicam se=

quunt. Vel sc̃do ex mente Diui Thomę intelligi potest ille locus Mathei, quod Christus significare voluit se liberum esse à solutione census, cum esset Rex Regum, et dominus dominantium. Diuersum n. est soluere censum et tributum. nam tributum solui debet de bonis; census vero pro capite soluitur. quod Christus non debebat, quasi orbis dominus, et Rex supremus. Nec etiam obstat locus psalmi. 104. ibi: nolite tangere Christos meos. i. nolite decleriais iudicare. Sensus enim allegoricus est, quod non facit leges diuinę argumentum.

census allegoricus non facit diuinę legis argumentum. N. 91.

Et hoc igitur aperte denotat Hieronim. super Mathem. c. 13. dum ait: numquam parabolę, et dubia enigmatum intelligentia possunt ad auctoritatem dogmatum proficere. Et Augustinus in epistola ad Vincentium Donatistam sic ait. Imprudentissimus est reputandus quisquis pro aliquid in allegorica positum quidquam prętendere interpretare conatur, nisi habeat manifesta testimonia, quorum lumine illustrentur obscura. idem Augustinus contra epistolam Petitiani. c. 19. Nihilominus enim ex illo psalmi. 104. ad ad ius ciuile pertinere opinantur Abb., Felinus, Romanus, et alii multi relati à Lenedo de decretalium collectanea. 97. n. 1.

N. 92. Quorum autem opinione sub distinctione intelligendam esse excellenter relati à Menochio de arbitr. casu. 246. Ioan. Garciá de nobilitate glossa. 9. à n. 7. Bobadilla in politica lib. 2. c. 18. n. 82. distinguunt n. inter causas Ecclesiasticas, et spirituales Ecclesiasticę disciplinę, ciuiles et criminales, quarum exemptionem ad ius positiuum pertinere fatentur. et spirituales dicuntur, quę pertinent ad fidei religionem, sacramenta, et eccl. ritus, et ceremonias. quarum exemptio de iure diuino esse

Dicunt

dicunt, et sic putant contrarias doctorum opiniones componendas esse. et in eam sententiam videtur inclinasse Molina de iust. et iur. tomo 1. tract. 2. disput. 31. conclusione 2. Salas de legibus tract. 14. disput. 14. sectione 11. n. 117. Sed haec doctrina non procedit ad personas, sed ad res, et ideo quamvis in se vera sit, tamen in controversia recte non applicatur, quia praesens disputatio de personis est.

N. 93.

Quare dicendum arbitror (et sic puto componendas esse contrarias opiniones) quod exemptio personarum, quamvis in proprietate sermonis non sit de iure divino, sed de solo iure positivo, est tamen adeo conformis iuri divino, ut largamodo de iure divino provenire dicatur, ut recte Victoria, Belarminus, Molina, Salas, et alii supra relati advertunt. sunt enim clerici peculiari modo divinis regulis mancipati. quod qui semel Deo sacrati sunt, tamquam profani tractari non debent. Stat igitur hanc exemptionem vere, et realiter iuris positivi esse, iuris tamen divini appellari, quasi ex radice, ex origine, et initio. et in hoc sensu intelligendus est textus in c. non minus. de immunitate Eccles. c. nimis. de iur. iur. c. si Imperator. 96. distinctione. Decor. est perpetuus, et usus loquendi sacrorum Canonum in quibus quidque ius divinum appellatur, quod suam originem habet veteri ex testamento, ut doctissimus Cobb. testatur in lib. 1. Variarum Lectionum c. 17. et idem Cobb. in practicis c. 31. n. 2. Et eodem etiam modo potest intelligi textus in c. quanquam. de censibus lib. 6. ubi dicit clericos liberos quidem esse a tributorum solutione iure divino. non igitur refertur ad Evangelium, sed potius ad ius divinum. et est communis theologorum opinio, et doctrina, ut

explicat, et docet eruditissime omnium Peres Cobb. d. c. 31. n. 2. vers. tertia denique probatio. sic etiam eodem modo intelligunt verba Tridentini sessione 25. de reformat. c. 20. ibi: personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione etc. procedunt enim hec, et alia similia verba habito quidem respectu, et ordine ad originem huius exemptionis.

N. 94. Unde colligitur vera interpretatio, decissio et resolutio ad textum in d. c. atque clerici c. 5. tit. de iudiciis. ubi querit, an valeat consuetudo immemorialis, quod clerici in criminalibus apud seculares iudices conveniri possint. Quod quidem textus, non valere in illo textu, etiam si consuetudo immemorialis sit. Quod difficile reddit ex eo, quod exemptio non procedit de iure divino. porque nam consuetudo procedens a tacito consensu deriuorum vim habet, etiam in Ecclesiasticis ut notat glossa, et dd. in d. c. ut autem. de sedis nupt. et in c. cum venisset. de eo, qui mittitur in possessionem. Sed nihilominus consuetudo huiusmodi ius positivum nihil potest inducere contra ius positivum consuetudo. nam quoties lex positiva voce perpetua, et eterna nititur, consuetudo contraria nihil contra legem positivam operatur, ut in specie celebris textus in c. unico. de clericis non residentibus in 6. et resolvit Cobb. doctissimus, cuius quidem inter omnes longe extulit eaque dd. in practicis c. 31. n. 9. Rochus in c. fin. n. 4. de consuet. Lessius de privilegiis Ecclesie privilegio 89. Hermoni de sacrorum immunitate lib. 3. c. 19. n. 6. Gutierrez in l. nemo pot. n. 106. ff. de leg. 1. Miranda de gravellis q. pte in prio .n. 230.

n. 26. 30. Quamvis n valeat consuetudo, aut prescriptio. Valebit tn privilegium Pontificis in aliquibus casibus, vt advertit Petrus Gregorius 3. p. sintacmatu lib. 47. c. 31. n. 9. lib. 49. c. 1. n. 12. Et sic quidem de causa, et ratione iudices Regii in nra de quibusdam criminibus, et causis clericorum cognoscere possunt, atque permittit. Deus n. Dns noster maiores preeminentias Mediante privilegio Pape secularibus iudicibus concedere voluit, vt notat Bovadilla in sua pollitica lib. 2. c. 17. n. 170.

Merito q dicimus clericorum psonas non esse a iurisdictione seculari iure divino exemptas, sed solo iure positivo sacrorum canonum, vt pter relatos pbat Ennor. in c. 2. de maior. et obed. Ioque Danatare vi tes in c. vnic. de cler. coniug. lib. 6. vbi dicit clericum puniendum seculare non esse comprimendum sedm statuta sedis Parisiensis. n vo dixit sedm ius divinum. et compbat aperte, nam vt refert Boerius decis. 31. alias in l. C. de sacrosanct. Eccles. n. 6. Ecte tpe primitive clerici, et eorum bona subiecti erant imperatoribus, vt constat ex titl. C. de episc. et cleric. de ssis. et de episcop. aud. quam illis prtscis tporibus sacri canones, et leges Pontificie n dum erant promulgate. N. 57.

[illegible] deti pbatur vt ex generali Apostoli decreto ad Romanos. 13. Ois anima potestatibus sublimioribus subdita sit, relatus inc. Ois anima de censibus. et in c. convenior. 23. q. 8. vt copiosse ostendit Osasc. in pedemontanis decis. 30. n. 16. Que vba de potestatibus secularibus etiam et sanctis intelliguntur. etsi aliqui potestates sublimiores angelos esse dixerint, vt refert August. lib. 8. super Genesim ad literam c. 24. et lib. 3. de Trinitate. N. 58.

.c. 4. Greg. Magn. lib. 4. dialogor. c. 9. Divus Thom. 1. p.
q. 110. art. 1. Sed Apostolus nomine potestatis sublimio=
ris, non Angelos, sed homines, qui aliis sublimiores, intellexit.
Ut Chrysostomus, et Ambrosius ibidem ostendit. Dubitari
tamen solet, an Apostolus de seculari, aut Ecclesiastica potes=
tate loquatur. Et fere omnes Patres de seculari loquutum esse
docent. Nam ut advertit Chrysostomus eo decretum illud
dedit Apostolus, ut ostenderet, Christum legibus suis noluis=
sse derogare politicas, nec illis praeiudicium inferre. Nam in exor=
dio nascentis Ecclesiae multi putabant, quod per fidem in Chri=
sto susceptam eximebantur a subiectione magistratuum civilium. Imo
ipsis de Apostolis increbuit rumor, quod omnia ad ever=
tendas leges politicas facerent. quare ut sublatum Paulus
in obsequium magistratuum civilium edidit illud generale
decretum: omnis anima. &c. Nec obstabit Hieronimus, qui
illa verba sublimioribus potestatibus etiam de Ecclesiasticis intel=
ligit. nam Deus, potiori causa, per quam Apostolus illa tulit, mi=
nima est, quae ex Chrysostomo deduximus. Latam vero fuisse
eam generalem legem ab Apostolo in favorem utriusque potestatis
secularis, et Ecclesiasticae, est omnium sanctorum mentem.

N. 58. Tandem
probatur superior doctrina. nam ius divinum evangelicum non inve=
nit, quo huiusmodi exemptio clericorum exempta sit. At
quamvis in lege veteri id esset statutum, post legem Evange=
licam non poterit obligare. Nam praecepta legis veteris aut moralia
erant, aut iudicialia, aut ceremonialia. Moralia dicebant, quae
pertinebant ad dictamen legis naturalis. Iudicialia erant, quae
iudices ius suum unicuique tribuebant. Ceremonialia, quae ad
cultum, et reverentiam Dei spectandam pertinebant. Atque signi=
ficavit Paulus ad Romanos c. 7.: Lex quidem sancta, et

mandatum

mandatum sanctum, et iustum, et bonum. Sanctum ad ceremonialia. iustum ad iudicialia. bonum ad moralia refert. Ut aduertunt communiter theologi cum Divo Thoma .12. q. 99. art. 4. At ex his praecepti iudicialia, et ceremonialia post legem Evangelicam omnino cessaverunt. Praecepta vero moralia quasi iuris naturalis etiam post Evangelium seruantur, ut copiose multis relatis ostendunt Antonius tomo .6. moralium c. 3. cum multis aliis sequentibus, Mol. de iust. et iu. .6. tomo. ttt q. disputat. 90. cum sequentibus, Salas de legibus disput. .1. sect. 12. et disputat. 7. per totam. Cum igitur clericorum praeceptum exemptionis non esset de praeceptis moralibus, sed de iudicialibus, necesse est dicere per legem evangelicam cessasse arg. tex. in c. translato. ubi omnes de constitution. Cum igitur huiusmodi praeceptum exemptionis non inveniatur in evangelio, non pertinebit hodie ad ius divinum, etiam si in veteri testamento scriptum sit. Lex n. Evangelica nulla alia continet praecepta, quam illa, quae sunt iuris naturalis. pertinentve ad sacramenta, aut fidei articulos, ex Divo Thoma 12. q. 108. art. 1. et 2. Nam Christus Dominus in Evangelio nulla constituit praecepta, aut iudicialia, aut ceremonialia, sed iudicialia omnia humano arbitrio reliquit. Et quamvis in evangelio aliquorum iudicialium mentio fiat, non tamquam praecepta Evangelica statuuntur, sed solum voluit Christus illa in evangelio referre, et explicare propter pravum Pharisaeorum intellectum, et usum.

Sed iam videre oportet, supposito, quod hoc privilegium ad ius positivum pertineat, an etiam iure civili receptum fuerit, et quo tempore. In qua quidem difficultate dicendum est, etiam in civili concessum fuisse eo tempore, quo Imperatores coeperunt esse Christiani. et primus omnium Constantinus illud acceptasse creditur. Ille n. multa immunitatis privilegia de- N. 59.

vicis cogerent, vt in l. 1. C. de epis. et cler. Ubi clericos, et
eorum mancipia à novis exemit collationibus, et ne hospites sus-
cipere cogerent, et habetur in l. 10. lib. 1. 6. Codicis Theodosiani
et in l. 1. C. de episc. et clericis apud Theodosium, et in l. 1. 6.
de lustrali collatione apud Theodosium. Similiter Constantini
rescriptum ad clericos Africae refert Eusebius lib. 10. historiae c.
N. 60. 7. Sozomenus lib. 1. c. 9.

Atque in his legibus expressa mentio
privilegii fori non fiat, illis addenda est l. 7. eiusdem Constan-
tini C. de episc. et cler. apud Theod. ubi clerici, qui per iniuriam
haereticorum ad curiam devocati sunt, absolvantur, et de caetero ad
similitudinem orientis ad curias minime devocentur, sed immunita-
te plenissima potiantur. Ubi advertendum est, quod licet de haereticis in
illo rescripto mentio fiat, quia per occasionem persequutionis dona-
tistarum data fuerat, nihilominus tamen fuisse absolute sup-
ponendum est, et antea iam in oriente receptum. Imo idem Cons-
tantin. tantum detulit episcoporum iudicio, ut dixi, etiam laicis
in causis civilibus ad episcopos appellare concessit. ut
constat ex l. 1. C. de episcop. aud. apud Theodosium. Extan-
deque in eodem Codice Theodosii sunt quamplurimae leges Con-
stantini, quibus ipse clericis varia concessit privilegia, et in
N. 61. l. 12. Iulius privilegii mentionem fecit.

Hanc vero privi-
legii immunitatem à posterioribus Imperatoribus confir-
matam, et aliquando restrictam esse constat, ut de Valentiniano
refert Augustinus, et Ambrosius lib. 2. epist. 13. postea
vero quoniam multi, ut hoc privilegio gauderent, cleri-
ci fiebant, idem Valentinianus statuit, ut non nisi illi,
qui per decennium in clericatu permansissent, tali privi-
legio fruerentur, ut in l. 12. de episcop. et cler. apud

Theo-

Berdoinum C. Postea vero Honorius eadem privilegium absolute restituit in l. 41. eiusdem tit. et C. et auth. l. 2 A. Baron. 38. Tandem Valentinianus 3. clericos privilegio fori omnino privavit, ut refert Baronius anno 445 et 5, qua lege usurpasse Maiorianus, ut refert Baronius anno 452 a n. 52. *dicit. *sententiam

Unde constat falsam esse haereticorum dicentium distinctionem fori numquam fuisse in Ecclesia ante Iustinianum. nam ex dictis ostenditur plures Imperatores Iustiniano antiquiores illam recessisse, et etiam Archiatenum (quod fuit multo ante Iustinianum ut refert Ambrosius d. ep. 13.) huiusmodi fori distinctionem tradit. quam etiam supponit August. ep. 58. ad Macedonianum quidem dicitur (qui fuit ante Iustinianum altera). Imo potius quam eius antiqua fori privilegia concedere, etiam renovare visus fuerat, illam tamen ad civiles causas limitavit. nam in criminibus omnibus, ut in furto, homicidio, et aliis, clericos a Laicis puniri voluit, ut constat ex auth. Clericus. C. de episc. et cler. Alii vero putant, fori privilegium fuisse restitutum. N. 62.

Constat autem ex d. canone Gratianum non fuisse locutum de criminalibus, sed de civilibus causis. quam omnino est ab episcoporum munere alienum in criminalibus Laicorum causis sententiam dicere. Tum etiam nam per illum canonem clericis non concedebat fori privilegium, sed potius Laicis facultatem concedebat, ut coram episcopis suas civiles causas tractare possent. quod privilegium numquam fuit receptum, et non multum duravit, ut d. c. des notavit Glossa et Turrecremata, et communiter DD. Caroli Magni mul- N. 63.

ta privilegia clericis noviste, et fori privilegium non sibi ab eo statutum invenit. nec etiam de aliis Imperatoribus id legit usque ad Federicum secundum. Sandum [illegible] sub Honorio 3. Pontifice fori privilegium in dicti. casus clericorum concessit, ut constat ex auth. statuimus. C. de ep. et cler. quas leges Honorius 3. expresse approbavit. Atque ita receptum fuit in orbe Christiano, et postea legibus Hispaniae confirmatum, ut constat ex l. 6. [illegible] tit. 1. lib. 3. compilation.

N. 64.

Sed inde non levis oritur dubitatio. nam ex dictis colligitur vel quod tota multis temporibus invitis Imperatoribus illud privilegium observatum fuerit vel quod illud non fuit plene usu ante Federicum secundum. Quod utrumque impossibile videtur. Primum colligitur, nam legibus Pontificiis censuras fulminasse contra leges Imperatorum, qui ante Federicum fori privilegium in totum, et in parte clericis abstulerint, ut ex Valentiniano, et Iustiniano vidimus. Imo et ipsos Imperatores, de quibus maxime clericis timuisse, constat; legimus interdum in aliquibus causis, etiam episcopis postulantibus, sane assumpsisse iurisdictionem, quos neque Pontifices resistebant, sed potius tacendo consentire videbant.

N. 64.

Non tamen legimus eos a sua Imperatoria potestate exemisse. Considerat ipse factum a Carolo Quinto Archiepiscopum Coloniensem in ius ad se vocari, et de criminibus sibi obiectis purgari iussisse. Idque etiam denotasse videtur Iustinianus in auth. nullus eps. &c: nisi princeps iubeat. ubi constat exemptionem a iudicibus inferioribus iudicibus, non ab ipso Principe concessam. idque etiam in auth.

146

tia sed Sodie. C. eod. tit. nisi ex iussione principis ad alias potentias vocent.

Ex adverso tamen utrumque dicendum videbatur nam superior doctrina repugnat multis scilicet affirmantibus hanc immunitatem esse antiquissimam et prionascentis Ecclesiae observatam. incredibile enim videtur Ecclesiam tanto tempore usu huius privilegii caruisse, quod necessarium erat ad bonum regimen, et decentiam status Ecclesiastici. N. 65.

Sed ad huius quidem rei declarationem tria enim tempora distinguenda sunt. Primum igitur est a principio Ecclesiae usque ad Imperatorem Constantinum, quo Imperatores gentiles erant, servandum. Secundum est a Constantino usque ad Fredericum secundum. Tertium a Frederico usque ad haec tempora. De hoc 3° tempore nulla quidem oritur difficultas, ac dubitatio. omnes enim fatentur Ecclesiam Catholicam plene hoc privilegium servasse ex dispositione sacrorum canonum, absque illa tradit. alicuius principis Christiani. In primo 1° tempore certum est Ecclesiam non potuisse illud plene observare propter defectiones, sed ea defectu potentiae facti. nam quamvis illo tempore clerici non haberent illud privilegium, cum dum a Pontificibus esset. tamen habebant ius ad illud per evidentem hoc privilegium dedictum a iure divino. Quamvis 3° eo tempore Pontifices potestatem haberent eximendi clericos, prudenter tamen gerebant illa potestate nulla modo utentes cum Ecclesiae non expediret. nec contra praeceptum divinum transgrediebantur, nam cum affirmativum esset non obligabat ad semper, ideo pro illo tempore non obligabat. N. 66.

Sed in s[ecun]do t[em]p[or]e dicend[um] e[st], quod fere ab initio Imperator[um] Chrystianor[um] clerici fuerant exempti tu[m] i[ure] proprio eccl[esi]ae privilegiu[m] illius actu exercen[do], tu[m] etia[m] facto; nisi q[uan]do p[er] iniuria[m] eximebant, et impediebantur. na[m] PP. quantu[m] in ipsis fuit, semp[er] voluerunt hanc clericor[um] immunitate[m] observare. Q[uo]d eo ipso q[uo]d Chrystiani principes hanc exemptione[m] cepere[n]t, credend[um] est, PP. vna[m] illis statuisse. na[m] Vt observantia[m] huius privilegii introduceret, solu[m] Imperator[um] assensus desiderabat. Vt de Constantino, et aliis Imperatoribus Chrystianis vsque ad Fidericu[m], paucis exceptis, qui [...] p[er] ignorantia[m], t[ame]n p[er] ambitione[m] multa c[ontra] hanc immunitate[m] fecerunt. Et ita Fidericus n[on] quasi novu[m] hoc privilegiu[m] stabilivit, sed quasi ia[m] stabilitu[m] confirmavit, et ampliavit. Negare t[ame]n n[on] possumus in discursu illor[um] t[em]por[um] multa e[ss]e facta c[ontra] hanc immunitate[m] tu[m] à magistratibus inferioribus; tu[m] etia[m] ab ipsis Imperatoribus. Vnde non licebit inferre ea facta valida e[ss]e, aut licita.

N. 67. Vnde facile t[ame]n e[st] ad difficultates p[ro]positas. na[m] ecclesia semp[er] fuit vsa suo privilegio, n[on] t[ame]n semp[er] equaliter potuit clericos eximere. q[uonia]m t[em]p[or]e Imperator[um] infideliu[m] immunitate[m] n[on] exercuit, quia patienter sustinendu[m] fuit ad maiora incommoda vitanda. Tempore v[er]o Imperator[um] Chrystianor[um] Eccl[esi]a semp[er] retinuit privilegium, tunc aute[m] ad vna[m] illius Imperator[um] c[on]sensu[m] spectavit, vt res suavius, et efficacius fieret. Et d[e]inde ea quandis Imperatores illis t[em]porib[us] aliquid adversus talem immunitate[m] p[er]ciperent, n[on] statim à Pontificibus

damnat

damnabant, quia non diu illis satis notæ erant, et fundamenta huius privilegii, et sic non poterant impetrare sine grandi detrimento contra violentes. Opportunius ergo iudicarunt aliquid dissimulare, et paulatim veritatem docendo eos immunitatis introducere.

Quibus breviter præmissis. pro pleno huius primi capitis videre restat, an omnes clerici tam in sacris, quam in minoribus ordinibus constituti integre gaudeant privilegio Ecclesiastico, pro cuius quidem rei cognitione constitui clericos alios in sacris constitutos esse, qui ratione voti ordinibus annexi matrimonium contrahere prohibentur, et miramur: de clericis non ordinatis alios de minoribus ordinibus initiatos, qui votum non emittunt. et hi sub hac specie clerici coniugati solent comprehendi, ut est sermo de continentibus. Contra erit, quia disputatio hæc meminit: Coniugatos n. quoad causas tam criminales, quam civiles concurrentibus, privilegio Ecclesiastico gaudent. In ceteris autem eis denegari statuit Tridentinum sess. 23. de reform. c. 6. de quo videndi sunt Abbas in c. 2. de foro compet. Ioannes Andreas in c. unico de clericis coniugatis lib. 6. Gibb. in praticis c. 31. n. 7. Suares Gutierrez de iuram. confirm. 1. p. c. 17. n. 12. Pater Suarez in defens. fidei contra Regem Angliæ lib. c. 2 ... per totum. N. 68.

Sit igitur 1o. omnes clericos tam in sacris, quam in minoribus ordinibus constitutos, et in clericali habitu, et statu perseverantes, plene, et integre privilegio Ecclesiastico gaudere, nisi per crimina illud amittant. quod deciditur pluries in c. 2. de foro compet. in illis verbis: nec presbyterum N. 69.

nec diaconum, aut clericum illum, aut minores Ecclesie. c. cum sit ab homine. de iudiciis §. clericus cuiuscunque ordinis. et §. clericus in quocunque ordine constitutus. et plurima alia generaliter de omnibus clericis loquentia in c. de persona. 11. q. 1. auth. cassa, et irrita. C. de sacrosanctis Ecclesiis. auth. statuimus nulla. C. de episcop. et cler. Cuius declarationis ratio ex eo confluit. nam ius diuinum spectet, per quod hoc priuilegium emanat, nulla hoc limitatum ex parte clericorum. Omnes enim spirituali hoc Dei sunt addicti, de eius que familia effecti, et diuino cultui consecrati. Licet enim inter ipsos clericos differentia existat, quoad consecrationem maiorem, vel minorem, seu magis, aut minus sacrum ministerium, hoc non sufficit, vt inde deducat, quosdam magis exemptos fuisse ex vi iuris diuini, quosdam minus, vt notat. Nauar. in c. nouit. de iudiciis. notabili. 6. n. 30. Sin autem priuilegium inspiciat, quatenus a iure Ecclesiastico limitari potest, quoad personas eorum, nullam inuenit differentiam inter clericos in sacris, et in minoribus constitutos, dummodo in statu clericali perseuerant, vt infra dicemus. quod non obscure deducitur ex c. 2. de foro compet. et ex c. si diligenti. eod. tit. §. toti collegio Ecclesiastico indultum. quo non est dubium, quin etiam clerici solius primae tonsurae comprehensi sint. Omnes etenim clerici pertinent ad collegium Ecclesiasticum, cum datum non sit priuilegium hoc huius, vel illius ordinis intuitu, sed intuitu status clericalis. Quam quidem exemptionem integram, et integram se debere manifeste probatur ex supra dictis iuribus, tam quae exemptionem in criminalibus, et ciuilibus, quam quae immunitatem attributam concedunt.

N. 10. Sed non properem addidi clericos in clericali statu perseuerantes: inducunt enim verba illa exclusionem

coniugatorum

Ad textum in c. l. de ordine cognitionum explicatio a Domino Doctore Parreja primariae cathedrae dignissimo moderatore.

Sic tit. inscribit de ordine cognitionum. Ordinis vero acceptio in iure nostro varia est, et multiplex, ut constat ex Rebuffo in l. pupillus. §. munus ff. de verb. sign. Prateio de verbis iuris verbo, ordo. Garcia in Re[illegible] n. 2. C. ut dignitatum ordo servetur lib. 12. Interdum et sumitur pro naturali vitae cursu. l. nam etsi parentibus. de inoffic. testa. Interdum pro rei serie. l. si liberis 27. ff. de pact. dotal. l. 3. §. fin. ff. de donat. inter. aliquando pro gradu. l. eo haeredi §. quae discretas ff. de vulgari. l. 1. §. sed videndum. ff. de successorio edicto. et quod requiritur praescripto ordine fieri. c. l. 2 ff. ad S. C. Velleianum. sed pro [illegible] ordine fit, quod [illegible] ea permittit. l. nullo [illegible]. ff. ad l. Cornel. de fals. l. sing. [illegible] ff. de religios. l. sicut 92. de condition. et dem. [illegible] praefecti vigilum, et annonae dicuntur ex ordine [illegible] titulis l. 2. §. capta deinde Sardinia verbo, nam praefectus, ff. de orig. iur. [illegible] ab Augusto creati fuerunt. l. 1. in fine. l. 3. ff. de offic. praefecti vigilum. observat Guido, Pancirolo in [illegible] variarum lectionum Thesauri c. 30.

N. 1. tit. inscriptio. ordo.

ordo sumitur pro naturali vitae cursu. l. nam

Deinde ordo pro formula accipitur. §. fin. iuxta Accursius interpretatur instit. de

N. 2. Ordo pro formula

de interdict. Vide iudicia ordinaria appellant, in quibus solemnis [illegible] iudiciorum formula observatur, prout in [illegible] de successoribus sublat. Ubi notant Balduinus, et Hotomanus, Cardinalis [illegible] lib. 1. de [illegible] [illegible] indicando [illegible] Duarenus lib. 1. disputation. c. 1. et [illegible] Ricardus [illegible] Tribonian[illegible] Donellus lib. [illegible] comment. [illegible] Pancirola lib. 1. Thesauri Variar. lection. c. 33. [illegible] lib. 9. Histor. fori Romani, Ventura de Valentiis in Parthenio litigioso [illegible] lib. [illegible] c. 19. et [illegible] iudicia extraordinaria dicebant [illegible] formulae [illegible] attendebant [illegible] pecuniae Vbi [illegible] [illegible] signaturae [illegible] loco in fractis lib. [illegible] [illegible] fideicommissa [illegible] [illegible] Dominus de Vbis iur. [illegible] ordinaria iudicia Ricardus de auctoritate prudentum c. 3. quo modo explicandus est text. in l. 1. §. 2 autem ff. de exercit. act. Difficilior text. in l. actio 47. ff. de negot. gest. ubi extra ordinaria iudicium appellant vae indicantis, ut male existimarunt Fau. lib. 4. lectur. c. 7. sed actio de qualibet utilis erat, ut notant Forcatulus dialogo 63. Pancirola d. c. 30. nam saepe utilia iudicia extraordinaria vocant l. cum filius 17. si certum pet. iuncta l. si longius §. 1 ff. de iudic. cum in his non secundum formas lege praescriptas, sed extraordinarias ex equitate ad factum accommodatas procedatur, ut cum aliis advertit Osualdus in notis ad Donellum lib. 21. comment. c. 2. lit. V. Hodie in sublatis scrupulosis Vborum formulis l. 1. et 2. C. de formul. et impet. sublatis iam omnia iudicia extraordinaria sunt §. fin. inst. de interdict. pragr. Cuiat. in principio inst. de act. Rebuffus in d. l. pupillus §. munus de V. S.

N. 3.

Rursus etiam cum Romae tres civium ordines essent, ut observat Budaeus in l. ult. ff. de senat. Duaren. ad eundem tit. c. 1 Senatorius: de quo in l. 1. §. aut propter. [illegible] ff. de postul. Equestris: de quo in l. 2. §. Si duo [illegible] Manvius Sabinus ff. de orig. iur. Plebeius: de quo in l. cognitionum §. sumit ff. de var.

et

et extra ord. cognit. ad quas respicere Vr tes in. l. 1. §. qua=
uis. ff. de Vent. in spic. et: ut ordinum dignitas, familiarum
salua sit. l. 4. ff. de senator. et ut unicuiusque statu et adit
sedes et locus in omnibus publicis et spectaculis tribueret, ut
stat ex Dione lib. 60. Petro Fau. lib. 2. semest. c. 6. et quilibet ordo proprijs insignijs uteret, ut indicat Paul. lib. 9. snarum
lib. 29. Vr. quirinigilo. Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 9.
c. 18. mento effectum est, ut ordo pro edit. et qualitate persone
accipiat l. fin. ff. quis, et aquo. explicat Zasius in l. 2.
ff. de orig. iur. Rebuffus in d. l. pupillus §. munus ff. de
V. S.

Vlterius etiam ordo accipit pro statu, et regimine l. cuius. l. 4. ff. de offic. presid. c. miramur. 9. ubi totius familie
dom statur, et ordo mutauit, si quid requirit in corpore,
n̄ inueniat in capite. 61. dist. et quod in senatu, aut curia
antiquioribus iunioribus preferant, et unicuique locus
habita temporum et dignitatum prerogatiua assignet. l. 2. ff.
de albo scribendo. l. 1. et 4. C. de consulib. lib. 12. l. 1. C.
ut dignitatum or. seru. eod. lib. c. episcopos 24. dist. c. adhoc
89. dist. c. 1. c. statuimus. de maior. et obed. cum congestis
a Fellino in Rub. eod. Hotsom. consilio. 109. Thesauro de=
cis. pedem. 1. Gama decis. Portugalie. 1. Franco Mar=
cio decis. 303. Cetidno consilio. 28. volumine. 1. Sena or=
tum est, ut senatus, et curia dicat ordo in lib. de decretis abor=
dine faciendis in l. ad tris ff. de decurionib. in. l. ordine eg.
ff. ad municipale et cum in Ecclesia militante uarii sint gra=
dus, et ordines constituti, qui pro dignitate, et altiori ministerio
alijs preunt. d. c. statuimus. d. c. ad hoc. et ordo Ecclesias=
ticus ut pote excelsior, et sublimior seculari preferendus
sit c. solite. de maior. et obed.

Cum nihil iudex faciat, quod ne=
glecto ordine procedit in l. prolata. 4. C. de sntis, et int. docent Felinus

N. 4.

N. 1.

consilio 23. n. 3. et consilio 24. n. 7. Hipolitus Rimenal. consilio. 467. n. 30. et consilio 304. n. 6. Oportius consil. 4. n. 26. ex plur. Immanis Treuisanus decisione 23. n. 24. lib. 2. cum sit procedens procedat ex imprudentia, ut ait Cetrarius responso 2. n. 61. lib. 4. et inepte, ut ait Hipolitus Rimenald. consilio 390. n. 31. explicatis in his superioribus his, que iudicium constituunt, noster D. Raymundus subiunxit, ut iudex, que contemplando didicit, recto ordine in praxi inde deducat, ut aliud agens dixit Petrus Gregorius lib. 40. syntagmat. c. 2. n. 1. exequere perfecte cognoscat, ut dixit Cicero apud Corrasium in l. 2. §. postea aut. n. 41. ff. de orig. iur. et in veritatis, iustitie que scopum perueniens legitime propositum, que tenet. Ut enim in Bello multitudo militum si non recte disponantur, ad victoriam parum prosunt, valent si recte dispositi, ut dixit Xenofon lib. 2. de dictis Socratis. Ita actus iudiciorum si non recto ordine fiant, ad sententiam ferendam nocebunt, proderunt si in ordine redacti, eum ex ordine negotium a primo declaret, ut notat Brarelus in repetit. l. dissemari C. de ing. et man. in prefat. n. 1. exemplis plura claudius Pratus in maxima iuris lib. 5. lib. 6. c. 1. Quare tamen attenta ordo diffinit D. Marantha in proemio sue praxis n. 5. Ut sit modus agendi, sine quo nihil recte agit. Ordo enim generice consideratus diffinit D. Diuo Aug. lib. 19. de ciuit. Dei c. 13. Ut sit parium, disparium que rerum sua cuique loca tribuens dispositio. In nostro autem proposito, ut docet Bursatus consil. 201. n. 95. est quedam dispositio, qua mediante, actus iudiciorum suo loco, et tempore disponuntur. Leterrime enim necessitatem leges consulerunt, ut in Bellis, in contentionibus quantumcumque inordinatis ordinem querere, ut ait Petrus Greg. d. n. 1. ex Plato consentit infinite ordinant, Corrasius d. n. 41. confundat iudex in Laberintum deueniens, in cuius nominis imposit. est sumptum exemplum ab Sella sicut enim ad vitandam confusionem unicuique ministro suus assignatur gradus in c. 1. 89. dist. not. Cetrar. responso 9. n. 37. lib. 4. que assignatio dicit in consilio Trident. sess. 23. c. 2. ordo. ita etiam ad instantiam recte constituendam, et ad comparam. inita de lege sub ordinant actus iudiciales, eaque dispositio appellatur ordo enim, ut in c. priu. 63. q. 1. in d. l. plata not. Felin. in c. cum dilecta n. 24. de rescriptis. a Romanorum pollicia, in qua cum agebat liberalis

N. 2. [Or]dinis suppos.

et diffinitio.

N. 3. [...] Publice rationes, et [ex]empla.

causa

causa, prius litis ordinabat in l. ordinata 24 ff. de liberali ca. in l. qui statu 8. ff. de rei mil. ut declararet, quis actoris, quis rei personam sustineat, ut colligit ex l. liberi 7. §. siquis de lib. ca. d. Cuiat. a d. Seluium Iulianum tt. 43. ff. or in l. sig. 2 ff. de petit. observans ex d. l. liberalis 7. §. fin. hanc litis ordinationem fuisse ante litis contestatione, et litis praeparabat, quae solemnitas iam desiit, ut annotavit Cuiat. tt. 49. ad edictum in l. sig. 3 a de arb. observans illa legis verba, suo ordine, non esse Pauli, sed Triboniani.

Ex qua observat. deduco I. cum Bursato d. n. 9 9. ordinem, et solemnitatem in eo differre, quod ordo supponit plures actus, solemnitas vero etiam in unico actu versatur. Deduco II. cum Butrio in c. 1. de iusti. n. 7. Sunc ton a tio de mutuis petit. in eo differre, quod in illo principaliter agitur, fora, quo reus actorem reconvenire potest, hic de ordine servando a iudice in cognitionibus, quod duae causae occurrunt. — l. sig. de arbitr. distinguit. — N. 9. Ordo, et solemnitas distinguuntur.

Omissa autem ordinis divisione, quam tradit Bertrandus consil. 439. n. 3. tom. 4. communiter recipit, quam tradit glossa in c. de causis. in primo verbo, consensu partium, de offic. deleg. et in d. l. prolata verbo, solem. Ut sit ordo substantiae, et solemnitatis. De substantia est libelli oblatio, litis contestatio, terminus datus reo ad respondendum, quod sententia ferat in scriptis, ut verbi iat Auendaño respons. 1. n. 2. De solemnitate autem publicatio attestationum est, quod detur copia processus publicati. in l. 4. tit. 16. lib. 3. ordinam. cognosci prius de possessorio, quam de petitorio in l. ordinarii C. de rei vind. docet Auendaño 1. n. 6. Quoad nostram in Rubrica duplex est. Primus versatur in ordine unius causae ad alteram, exempla extant in l. si de vi 3. 1. ff. de iudiciis. in d. l. ordinarii. de quo ordine agit nostra tit. Secundus est in ordine unius causae ad se ipsam, ut fiat I. ut actio, 2. libelli oblatio 3. contestatio 4. solutio docent ipsa in d. l. prolata verbo. [illegible] Craveta consilio 992. a. n. 29. Auendaño 1. n. 2. Morcorus tt. de illucidat. 3. an. 9. Primus ordo si pervertatur, aut omittatur, quia potius est de iustitia, quam de substantia, parte non opponente, non vitiat actus, ut resolvunt Bantius de nullitatibus tit. de nullitate ex defectu processus n. 49. — N. 6. Ordinis species explicantur.

Franciscus Curtius de iuream. pro calumnia dando. q. statu=
tis circa iudices. n. 16. Gratianus disceptationum. c. 9. 4. n.
41. Petrus Surdus consilio 2. 6. n. 11. Rolandus consilio 7. n.
29. tomo 1. quia omissio levis solemnitatis non solet vitiare in
l. 2. §. fin. ff. de ventre inspic. docet Beroius consilio 8. 7. n.
87. volumine 3. Secundus autem ordo si omittatur vitiat in
d. l. plata. docent Tiltsenius in l. ambiguitates. n. 9.
C. de testis. Beroius consilio 60. n. 40. tomo 2. et consilio 91.
n. 61. tomo 3. Zeppalus consilio 421. n. 34. Rolandus consilio
71. n. 29. tomo 1. Et inter utrumque casum eam differentiam
tradunt Baldus in d. l. plata. n. 9. vers. sed opponitur. Excu=
tia de appellat. q. 17. limit. 6. membro 7. n. 116. quod
ordo unius causae in seipsa est veluti ordo membrorum in uno
corpore indiuiduo, a quo si remoueatur, seu subuertatur aliquod
membrum principale, totum corpus perit. sed ordo unius cau=
sae ad aliam causam est ordo unius corporis separati ad alium
corpus separatum. et sic cessante coniunctione non causat destruc=
tionem.

Collatio ordinis causae in seipsa cum corpore individuo.

N. 7. Quo ordo dicatur esse de substantia, et quomodo et quibus effectus explicentur.

Inde si quis interroget, quando ordo dicatur esse de substantia ad
hoc, ut eius omissio reddat actum nullum. Constituo esse de subs=
tantia. Primo si adiiciatur per ablatiuum absolutum, quia cum abla=
tiuus absolutus inducat conditionem in l. a testatore. 109. ff.
de conditionibus. et demonstrationibus, vt resoluit Calganetus de conditionibus
parte 2. c. 1. q. 19. n. 6. inducit formam, debetque specifice ob=
seruari, vt docet Bertazzolus consilio criminali. 66. n. 4. Unde
ordinem scriptum in auth. praesente. C. de fideiussor. esse necessa=
rio seruandum dixit Bertandus consilio 107. n. 8. tomo 1. 9. pro=
bat stante iure canonico Serapsinus de priuilegiis iuramenti
priuilegio. 88. n. 10. solum non limitat in curia mercatorum quo
procedit tamen veritate inspecta, vt resoluit Casuiso Genuensis. c.
7. n. 3. Secundo si sit clausula non aliter. quia ea inducit de=
cretum irritantis, vt resoluit Gratianus disceptationum c. 200.

n. 22.

n. 22. et 23. Unde hodie stante concilio Tridentino sess.e 24. c. 1. de reformat.e matrim. praesentia parrochi, et testium est de substantia, quia posito verbo, aliter, adiecit concilium decretum irritans, ut docet Sanchez lib. 3. de matrimonio disput. 17. et omissione causae super concess.e beneficii literis non expeditis nullius esse momenti, et iurisdictionem tribuere dixit Mandosius reg.a 31. cancellariae q. 9. n. 10. quia illa regula habet decretum irritans. Si autem non sit decretum irritans, ordo non consideratur esse de substantia, ut resoluit Ancarranus consilio 266. n. 2. Unde eius omissione non vitiare tenuit communis recepta a Corneo consilio 133. n. 4. volumine 3. Ex quo 1.o deduco cum Beroyo consilio 107. n. 1. volum. 3. Rota decis.e 199. n. 6. Gratiano disceptationum c. 263. a n. 13. volum. 1. Baptista de port. rate q. 2 tto n. 3. ordinem procedendi praefinitum in l. a Divo Pio 8. in vendit.e ff. de re iud. a iudice, seu ab executore non servatum non inducere nullitatem, sed praestare praetenti gravatae remedium appellationis. quam sententiam servandam iudico. quidquid contrarium teneat Mathias Colerus de processibus executivis 3. parte c. 9. n. 17.

quid servet hodie concilium Trid. sess.e 24. c. 1. de reformat.e matrimonii explicatur.

l. a Divo Pio 8. in vendit.e de re iud. interpretatur.

Deduco secundo cum Antonio de iuramento calumniae c. 7. n. 39. ordinem iurandi de calumnia positum in l. 2. C. de iureiurando propter calumniam dando non esse substantialem. Unde si praeposterato eo reus prius, quam actor iuret, non vitiatur processus.

l. 2. C. de iu. iu. explicatur.

3.o deduco cum Petro Ledesma in additionibus 3. partis q. 45. art. 9. collat. 4. Lopez in instructorio conscientiae tomo 2. parte 2. lib. 2. c. 39. fol. 1099. Hippolito Riminaldo consilio 691. n. 39. et 49. matrimonium contractum sine denunciationibus validum esse. Quam cum pluribus relatis probat Thomas Sanchez firmans sic declarasse congregationem Cardinalium lib. 3. de matrimonio disputat.e 5. n. 8. quia concilium prohibens celebrare sine denunciationibus, et sic praefiniens ordinem, non adiecit

concilium d. c. 1. explicatur

2°. dubitationem mouet nam matrimonium metu contractum rescindi potest, quod non erit ipso iure nullum, antecedens probatur in textu in c. consultationi hoc tit. ibi: id de illato metu est cum diligentia inquirendum, et si talis metus inueniatur illatus, qui potuit cadere in constantem uirum, erunt non immerito audiendi, quod metus non irritat ipso N. 2.


ipso iure matrimonium, quod gemma metu passa audienda est, ut matrimonium infert.

N.3. 3. dubitationem movet, nam matrimonium sacramentum novae legis est, deberque sicut et alia sacramenta regula alia vi per metum, et mortis susceptum valida sunt, ut in extremaunctione, confirmatione, ordine sacro, et in Baptismo, quod idem dicendum est in matrimonio.

N.4. 4°, et ultimo dubitationem movet, nam si propter aliquam rationem matrimonium metu contractum nullum esset ipso iure, maxime quia ad matrimonium consensus non sufficit nisi spontaneus, ut in d. c. cum locum, c. gemma hoc tit. sed haec ratio non est sufficiens, quoniam saepe matrimonium contractum metu etiam mortis validum est, velut quod iusto inferri. Verbi gratia quando is, qui virginem defloravit, condemnatur a iudice ut vel illam ducat, vel dotet, vel capite puniatur, quo casu certum est, illum compulsum contrahere metu gravi, at nihilominus matrimonium valet arg. textus in l. Continet. §. sed cum ff. quod metus causa ibi: sed cum accipimus atrocem, et eam, quae adversus bonos mores fiat, non eam, quae magistratus intulit. eo n. casu nulla fit iniuria metum passo, ipse n. delictum admisit, quod talem cum, aut metum mereretur, sic n. Exodi c. 22. et c. 1. et 2. de adulteriis statuitur, ut deflorans virginem, eam ducere, et dotare cogatur. non est ergo dicendum tale matrimonium non valere.

N.5. His, et aliis non obstantibus verissima, atque certissima est superior resolutio, quae ex omnibus iuribus in tit. disputationis propositis aperte probatur, ad cuius declarationem, et totius materiae intelligentiam primo sciendum est, metum esse instantis periculi, vel futuri mentis trepidationem, ut testatur Ulpianus in l. 1. ff. quod metus causa, idque declarat recte Aristotel. lib. 3. Ethicor. c. 6. Nifenus lib. de humore capitis, et omnes Theologi in 4. distinct. 29. Gabb. in 4. 2. parte c. 3. §. 4. et relati a Menoch. de arb. lib. 2. casu 3. Duplex igitur est metus in proposito nostro: alius qui cadit in virum constantem: alius vero qui cadit in inconstantem, ut notat textus in d. c. consultationi, et in d. c. veniens et secundo hoc tit. et c. cum dilectus de his, quae vi, metusve causa fiunt. imo Paulus in l. metum l. a secunda ff. quod metus causa metum appellat cadentem in virum constantissimum superlativum quod pro extremo accipit, ut notat Menoch. ubi s. n. 2. Sed

ex dix. Glus in. l. metu La segunda ff. qd metus ca inquit metu ee maiorum mali timore, ide e, qd ii dixisset. i. magni mali, qui metus iustus appellari in c. fin. de appellationib. id est prudens, na metus cadens in viru constante ide e, qd cadens in viru prudente, qd scil. is, qui metu patitr, de dubbo periculi sibi imminentibus, qd minus e prudenter eligit. metus vo cadens in viru inconstante dicitr, iniustus, et levis, et imprudens.



Unde ut metus iustus sit, et gravis, et cadens in viru constante dicatr. I. necesse e, qd grave sit malu, qd timetr. l. metu La prima ff. qd metus ca. 2o. desideratr, ut extimatio mali, qd timetr, fortis sit, i. qd timens n leviter timeat, sd probabiliter. l. metu La segunda ff. qd metus ca. l. nec timore. §. p inde ff. eode ibi: siqui meticulosus re, ulla frustra metuerit, p hoc edicto n restituitr. ubi notant cu Bart. oes, et relati a Menochio de arbitrariis casu § 42. a n. 10. et exponit Donelus lib. 15. comentarior. c. 39. p totu. N. 6.

Ex dictis infertr n requiri reale pignor. illatione, na tunc n timor, sd damnu diceretr. sufficit n probabile ee metu pignor. illationis, ut in. d. l. nec timore. l. 9. tto. 2. p d 4. ec ubi recte Gregorius Lopez si essent. id n. declarat Glus in l. metu 9. ff. qd metus ca, dum docet, metu debere ee psente, et notat Cobb. in 4. 2 pte. c. 3. §. 4. n. 1. et relati a Mascardo de pbat. tmo 3. zelusione 1085. n. 26. N. 7.

3o. ut metus gravis et iustus sit necesse e, ut is, qui metu infert, potens sit, minas executioni mandare, alt timor n requi viri constantis, ut si iuvenis, et fortis ceret debili minanti timeret, hic n. n esset iustus metus. l. famosi ff. ad. l. Iulia maiestatis ibi: na et persona expectanda e, an potuerit facere, ita qta in. l. qd metus tto de calationib. C. de his, quque, c. Medices de Castro. fortuiti q. 7. n. 67. Boland. zilid 33. n. 28. volumine 2. Soto de iust. et iur. q. 1. art. 2. ad 2. N. 8.

4o.

N. 9. 4º desideratur, ut is, qui metum intertminus exqui solitus sit, secus vero si erat, qui illas casu solitus, et nihil facere. l. 1. C. si quis imperatori maledixerit ibi: ex persona hominis dicta pensamus. d. l. famosi ibi: an potuerit facere, et an ante quid fecerit. l. metum C. de his, quae vi. ut plen ordinarios in dictis locis notat Cobb. in 4. 2. p. c. 3. § 6. n. 4. Bursatus consilio 72. n. 33. volumine 1. Flaminius de resignat. lib. 3. q. 1. n. 74. et relati a Mascardo de probat. concl. 55. a n. 16.

N. 10. 2º principaliter notandum est, metum dici cadentem in virum constantem respective ad personam illius, qui metum patitur, ut is metus, qui respectu unius personae [illegible] ... respectu alterius, dicitur ... metus deliberatur in femina, ... 32. ... de hom. feminae natura sua sunt valde imbecilles, hanc enim probat glossa in d. l. cum lite hoc tit. verbo metu, et relati a Cobb. in 4. 2. p. c. 3. § 4. n. 9.

N. 11. Et cum ex his in d. validationi hoc tit. ad irritandum matrimonium feminae consideratur metum cadentem in virum constantem ea verba adducit quasi verbis loco positum metum, qui non est levis. Unde sufficeret metus cadens in feminam constantem, cum ea attendendum ad annullandum matrimonium, alios contractus rescindendos a femina celebratos, quod constans femina timeret attenta illarum naturali fragilitate, ut recte notat Suarez consil. 24. n. 5. Mantuca de tacitis lib. 2. tit. 2. n. 7. Sarmiento lib. 2. selectarum c. 11. n. 1.

N. 12. Cuius doctrinae ex inter alios locum habet, inter quos qualitas personae attendenda est, ut si sit timet senex, ... aliis similibus ... maiores ibi: et hoc ex affectu eius intelligitur maiorum. metus deliberatur ... quam in homine viri, ... in c. fin. de appellation. 3. Soto lib. 7. de iust. et iur. q. 2. art. 1. ad 2. et relati a Menoch. lib. 2. de arb. casu 35. n. 5.

N. 13. 3º principaliter secundum est, quod periculum illud ex quo inducitur metus cadens in virum constantem non solum consideratur per respectum illius, qui metum patitur, sed etiam timeri potest in persona alterius. Id n. expresse probat text. in l. isti quidem §. in fine ff. quod metus ca., veluti quod pater timet periculum filiorum, maritus uxoris periculum, et e contrario, quod et plenius qualiter in aliis personis procedat, declarat Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 4. a n. 2. cum sequentibus.

4.° principaliter promittendum est, tractare et assignare, quae sunt ma= N. 14.
la sufficientia ad inducendum metum iustum, et in constituo, totum hoc iudicis arbitrio relictum esse,
ut in l. 3. ff. ex quibus caus. maiores, nam etsi sint quaedam mala a iure designata sufficientia
ad huiusmodi metum, cum in illorum impendentium desiderati probabili aestimatione iudicis arbitri=
um erit necessarium, tum etiam quod omnes casus in particulari exprimi non possunt, ut notat Cobb.
in 4. 2. parte c. 3. § 4. n. 2. Menoch. ubi supra n. 3. et 4.

A iure vero quaedam sunt ma= N. 15.
la designata, quae sufficiunt ad inducendum metum iustum 1.° metus mortis iustus est. c. cum dilectus
de his, quae vi. l. nec timorem ff. quod metus causa, ad quod reducitur metus mutilationis membrorum, sicut
si quis abscissurus, § 5. distinct. et metus corporis cruciatus. 2.° metus servitutis iustus est. si e.g.
si in libero effecto timor inferatur redigendi illum in servitutem. l. ego puto. l. isti quidem ff. quod
metus causa, ad quod reducitur metus captivitatis, et gravis exilii, ut latius advertit Soto de iust.
et iur. lib. 4. q. 2. art. 1. ad 2. et idem est de metu carceris. l. qui in carcerem ff. quod metus causa, quod
intelligendum est, quando carcer esset diuturnus, aut vinculis atrocis, et haec est receptior sententia, ut vidi os=
tendit Henr. lib. 1. de matrim. c. 9. n. 4.

3.° metus honoris iustus est. l. 7. tit. 33. parte 7. et tene= N. 16.
glo. in d. c. cum dilectus verbo metum, et in hic casus singularis in quo metus verborum iustus est, ut ad=
vertit Seraphinus de privileg. iuramenti privil. 29. n. 2. an vero metus infamiae iustus sit, tractari
solet, et omissis diversis opinionibus, statuo, metum infamiae esse viri constantis, ut si deprehenso in de=
licto infamiae imminet aliquis, quod eum proditurus sit. d. l. nec timorem, et ibi glo. verbo infamiae, nam
infamiae periculum periculo vitae aequiparatur. l. iusta ff. de manumissis vindicta.

4.° metus excommunicatio= N. 17.
nis iustus est, in quo distinguitur, aut excommunicatio iusta est, et tunc non cadit in constantem virum, cum
sit medicina ut excommunicatus careat a peccato. c. 1. de sententia excommunicationis lib. 6. et sibi imputet
qui peccavit, ut talem poenam meruerit: aut est iniusta, et tunc eius metus iustus est, cum semper
sit timenda. c. 1. 11. q. 3. et aliquam infamiae notam irroget, ut advertit Bursatus consilio 72.
n. 54. lib. 1. et relati a Cobb. in 4. 2. parte c. 3. § 4. n. 12.

Ultimo de metu amis= N. 18.
sionis bonorum an iustus sit disputat Menoch. de arb. lib. 2. centuria 2. casu 35.

Mai=

Mascard. de probat. conclus. 399. id obtinuit pars affirmativa, ut resolvit Tiraquell.
de nobilitate c. 3. n. 3[?]9. et recepta est ista sententia in c. Abbas extitus de his, qui vi
lib. 6. et idem est in metu amissionis maioris partis bonorum, ut notat Tiraq. ubi s[upra]. vel magne
partis bonorum, ita Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 52. n. 20.

N. 19. Secundo principaliter atten=
dendum est, differentiam esse inter vim, et metum. vis etenim, de qua loquimur, compulsiva dicitur,
que qui compellitur, facere quod alias sponte facturus non esset, et hec est duplex: alia precisa, alia
conditionalis. precisa est, que nullum habet consensum patientis, id est non voluntatem, et necessitate vo=
luntati opposita. l. 1. ff. quod metus causa, et sic intelligendus in c. maiores § item queritur de
Bapt. c. 1. christianos de heret. in 6. in quo Baptisma per vim precise receptum nihil operatur,
id est, qui ex huiusmodi vi actum gerit potius pati, quam agere videtur, ut in c. sacris de his, qui vi.
alia autem est vis conditionalis, que verum metum significat, quo ex dubio mali sibi proponitur aliquod u=
num, aut alterum, quare vulgo receptum est, voluntatem coactam tandem tandem esse voluntatem. d. l. si
mulier. § si metu ff. quod metus causa, disputant nunc contra theologi cum d. Thom. 1. 2. q. 6.
art. 4. utrum aliquis motus voluntatis possit esse coactus, et obtinuit pars negativa, prout
declarat sciendum est omnes actus voluntatis esse in duplici differentia: quidam a propria voluntate non
exeruntur, id est quicumque, dicitur imperatus a voluntate, ut sunt actus aliarum potentiarum, et quo=
ad istos actus precisa, et absoluta cogi potest voluntas: alii vero sunt, qui ab ipsa voluntate elici=
untur, ut velle, et nolle, et isti semper dicuntur voluntarii, quamvis secundum quid possint esse co=
acti per vim, quam appellamus conditionalem. d. l. si mulier. § si metu ff. quod metus causa.

N. 20. Quibus suppositis oportet, ut iam videamus,
qualiter, et qua ratione matrimonium metu contractum sit ipso iure nullum, prout declarat sciendum
est, quod quando matrimonium contractum est metu cadente in constantem virum, quod illud effectum iniuste incussum nul=
lum est ipso iure in utroque foro interiori, et exteriori: quamvis dicatur metus iniuste incussus dicamus.
in explicatione ad praesentem conclusionem probant omnes Doctores in c. 2. de his, qui vi, et in c. cum locum
de sponsal. qui, quamvis simpliciter dicant nullum esse nulla facta mentione fori interioris, id
tamen expressit d. Thom. in 4. distinc. 29. q. unica art. 3. et probatur expresse in d. c. cum lo=
cum, c. veniens 2. de sponsal. c. significavit de eo, qui duxit in matrimonium.

N. 21. Praeterea proba=
tur

*que dicuntur imperati a voluntate.

tur haec doctrina vox. D. Thom. ubi s. nam iura allegata quae probant matrimonii nullitatem, non fundantur in falsa praesumptione defectus consensus, sed in eo, quod consensus coactus ad matrimonium non sufficit, et ita merito diximus procedere in utroque foro; quod si quaeras quare vox consensus spontaneus desideretur in matrimonio, non vero in aliis contractibus. R.° Ia. quod cum matrimonium dirigatur ad mutuam coniugum cohabitationem perpetuam, et indissolubilem, et sobolis educationem, et generationem, quae est matrimonii finis, quibus omnibus metus adversatur, ideo diximus matrimonium debere esse spontaneum, alias amor mutuus deficeret, id enim quod non diligitur, facile contemnitur. c. prout. 20. q. 3. et sic matrimonia coacta infelices plerumque solent exitus habere. c. requisivit de sponsal. 2° etiam quia matrimonium significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, quae per liberum amorem semper fit.

Sed haec doctrina ab aliquibus limitatur, ut non procedat, quando quis cogitur contrahere cum aliqua ex filiabus Sempronii, ita ut existiment validum esse matrimonium non obstante metu, ut sentit Abb. Fel. et alii relati a Sanch. lib. 3. controv. c. 4. v. moventur. Ia. nam quamvis electio, quae matrimonium spirituale est, metu facta non valeat. c. 3. § ceterum de elect.° valet tamen quando non est alicuius determinatae, sed alicuius ex certo personarum genere, quo casu substantialia electionis habet, cum sit inter plures, quod et valet et matrimonium, ubi aliquis cogitur contrahere non cum aliqua determinata, sed cum aliqua ex quibusdam. 2° moventur, nam inter plures necessario datur consensus electivus l. servus electionem ff. de leg. 1. quod cum in praedicto casu eligat unam personam magis quam aliam, datur in illo saltem electiva libertas. N. 22.

Sed adhuc verius est tale matrimonium non valere, nam contrahens non gaudet plena libertate, nec obstant fundamenta contraria. Non primum, de electione enim metu facta an valeat, non disputamus, diversum enim est matrimonium, nam electio restringi potest a l. ita, ut unus ex duobus necessario sit eligendus, in matrimonio vero talis desideratur libertas, ut nulla l. possit restringere personam ad certum numerum personarum. Nec obstat 2m, nam illa libertas, quae datur inter plures non plena, sed respectiva dicitur, ut in d. l. servus elect.° quae ad matrimonium non sufficit, ut notat Fort. de ult. fine illat. 21. n. 4. 26. et relati a Abb. in 4. 2. par. c. 3. § 5. n. 2. N. 23.

Quarto non solum matrimonium metu contractum nullum est ipso iure, sed etiam omnes actus ad matrimonium pertinentes, si metu interveniente fiant, sunt ipso N. 24.

iure

iure nulli ex iuris dispositione, ut videmus in constitut. procuratoris ad contrahendum matrimonium facta, quae si metu interveniente fiat, est ipso iure nulla, et consequenter matrimonium virtute illius contractum nullum est. Unde sicut veniens ad matrimonium invitus est propter metum, similiter et invitus erit veniens ad constitutionem procuratoris, ut advertit Host. in d. c. cum locum in prin. Padilla in l. interpositas n. 7. C. de transaction. et relati a Cobb. in 4. 2. par. c. 3. § 5. n. 9.

N. 25. Quod si dicas hoc non esse speciale in constitutione procuratoris ad matrimonium, sed in omni constitut. procuratoris ad actum alium, ut tenent Host. in c. 2. de his, quae vi in fine, Roman. sing. 7 et 3. Sarm. de redditib. ecclesiast. 3. par. c. 4. n. 8. qui moventur ex reg. tex. in c. accedens de procurator. ibi: procuratorem libere ordinare valeat. Sed ego nihilominus verius puto constitutionem procuratoris metu factam regulariter valere in omnibus actibus, praeterquam in matrimonio contrahendo, probat tex. in d. c. accedens, nam solum docet locum tantum potius esse videndum, ut libere procuratorem constituant, non tamen sequitur, quod si de facto metus intercedat constitutio procuratoris sit nulla; ergo certissimum hoc esse in constitut. procuratoris ad matrimonium speciale.

N. 26. Sed illud est difficile, omnem dotis promissionem quod tendat ad matrimonium sit ipso iure nulla, si metu facta proponatur, pro affirmativa probat tex. in l. si mulier 21. § si dos ff. quod metus causa ibi: quia verissima est vere talem promissionem dotis nullam esse. idem probat tex. in l. fin. tit. 11. par. 5. ubi dicitur nullam esse promissionem arrarum metu factam, et advertit recte Gregorius ibidem verbo (o prometiese), haec in eius interpretatio, quam sequitur Novellus de dote 6. par. privil. 39. n. 1. et relati a Barb. in l. 1. p. soluto matr. ff. n. 28. licet defendi posset non omnem promissionem metu factam valere, quamvis edicto praetoris rescindantur, ut in d. l. 1. ff. quod met. ca. est difficile assignare rationem propter quam hoc sit speciale in dotis promissione metu facta, nam Bart. in d. § si dos hanc specialitatem negat dicens, quod in illo tex. Ulpianus respondet nullam esse dotis promissionem metu factam, nam speciali iure inductum est nudam promissionem dotis actionem producere. l. ad exactionem C. de dotis promiss., quasi a l. nuda illa promissio confirmetur. l. legitima ff. de pactis. metus consequenter merito dictam promissionem annullat, quoniam lex propter metum talem confirmationem removet adeo, ut si in specie d. § si dos proponeretur dotis promissio per stipulationem facta etiam metu valeret mero iure, sicut et caeterae promissiones, sequuntur Angel. Iason et alii ibidem Abend. de exequendis tit. de exception. n. 33.

N. 27. Sed haec Bart. doctrina mihi non placet, nam cum tex. in d. § si dos de dote promissa loquatur, de stipulata intelligi debet arg. tex. in l. sciendum. § dictum

ff. de Edilitio Edicto, probat q dotis stipulationem metu factam n valere. Tum etiam na hodie in oi dotis promissi e legis fict stipulatio intercedit. l. unica in princ. C. de rei uxoriæ actione q hodie si ue=ra esset Bart. opinio n impederet decisio txt in d. §. si dos. Tum etiam na oes contractus iuris gentium propter legis confirmationem actionem producunt l. iuris gentium in princ. ff. de pactis, et tamen metu adhibi=to mero iure valent l. 1. ff. qd metus ca. Tum etiam quia iuxta Bartolum oes aliæ promissiones nadequa=lent quamvis nullam producant actionem, et similiter quamvis promissio dotis metu facta actionem n produ=cat valebit, saltim quoad naturalem obligationem d. l. iuris gentium. §. igitur, at txt in d. §. si dos expresse ait nullam esse talem promissionem. multum n. interest dicere promissionem n valere aut actionem n produ=cere.

Quare autem verior, et receptior sit sententia, speciale esse in promissione dotis, ut propter metum annulletur, N. 28. tota difficultas est assignare rationem specialitatis. plures n. adducunt interpretes, aliam For=tunius de ultimo fine n. 4 17. aliam Panormitanus in c. 2. n. 9. de his quæ vi quas omnes uelle referre esset infinitum, et superfluum, sic igitur ut breuitati studeamus, denique Cuiac. in d. §. si dos speciale esse ait, qd promissio dotis metu facta sit nulla, eo quod bonæ fidei sit, n stricti iuris, ut in. §. fuerat instit. de act. Vn sicut contractus bo=næ fidei est ipso iure nullus propter dolum dantem causam contractui. l. et eleganter ff. de dolo. l. 3. §. fin. ff. pro socio. similiter etiam et nullus erit propter metum, in quo dolus inest. l. si cum exceptione §. si metus ff. qd metus ca, ideo Cuiacium esse deceptum, multum n. interest inter metum, et dolum. Dolus namque dans causam contractui bonæ fidei, contractum annullat, ut in d. l. et eleganter. metus autem dans causam contractui bonæ fidei n annullat contractum, sed præstat rescindendi facultatem. l. 1. ubi Doc. C. de rescindenda. n q recte Cuiacius hos casus æquiparauit. Tum etiam quia sicut supra diximus, txt in d. §. si dos loqui de dotis stipulatione promissa, quæ olim contractus stricti iuris erat. §. fuerat. instit. de act. at contractus stricti iuris propter dolum n efficieba=tur nullus, ut in stipulatione probat txt in. l. si dolo. C. de inutilibus, et notat Baldus in l. 2. n. 3. C. de rescind. Bartol. in d. l. et eleganter n. 6 [illegible]

Vnde recte Barb. in l. 1a N. 29. ff. soluto matr. a p. te n. 31. respondet, qd txt in d. §. si dos loqui de dote promissa, seu sti=pulata propter metum nulla expressa quantitate d. rag. txt in. l. cum post. 70. §. gener. ff. de iu=re

re dotem, quo casu subtiliter inquit, tale promissionem nullam esse, nam aut nihil subintelligitur de=
terminatum, et tunc promissio dotis tanquam incerta non valet. L. 1. ff. de dotis promissione. l. titius de verbor.
oblig. aut subintelligitur certa et quantitate habito respectu ad arbitrium boni viri, quam talis do=
tis quantitas, quam vir bonus arbitrabitur, arg. text. in l. 3. C. de dotis promiss. et tunc talis promissio
metu facta nulla erit, nam vir bonus non arbitrabitur dotem metu promissam deberi arg. text. in l. 1. C. quod
metus ca. Vnde si in d. §. si dos promissio dotis per metum determinata quantitate facta fuisset, il-
lius text. decisio non procederet, sed dotis promissio metu facta mero iure valeret.

N. 30. Sed nihilominus contraria

probabilior videtur, ut ex Host., Can., Baldo, et aliis resolvit Sanchez lib. 4. disp. 2. n. 23. eo quod
talis dotis promissio matrimonio accessoria est, cum dos sine matrimonio esse non possit. l. 3. ff. de iure
dotium. Sed hanc rationem multis arg. impugnat Barbos. ubi supra primum nam quando in principali, et
accessorio versatur diversa ratio non valet arg. de uno ad alterum. l. etiam si. C. de praedijs minorum; at
diversa ratio est inter dotem, et matrimonium, nam merito dicimus matrimonium metu annulla=
ri, eo quod in illo de irreparabili praeiudicio agitur, at promissio dotis irreparabile praeiudicium non
continet, etiam in illa sufficeret metus coactus, sicut in aliis promissionibus, ut in l. simu=
larem. §. si metu ff. quod metus causa.

N. 31. Respondet tamen Sanchez ubi supra n. 23. relicta sua opinione, eius fun=
damenta magni momenti esse, probabiliter defendi posse, superiorem rationem, nam quotiens nimi=
tur expresse accessorium, metus irritavit principale, ut argumentum valeat de principali
ad accessorium, necesse est, quod in utroque eadem militet ratio; at vero quando per accessorium irritat,
eo quod irritavit principale, non est necesse, quod in utroque eadem versetur ratio, ut apparet in do=
tis promissione metu facta.

N. 32. Sed iam videre oportet, quo iure matrimonium metu contractum nullum sit,
an iure pontificio, an iure naturali, an utroque., et multi probabiliter dicunt, solo iure
positivo nullum esse, ut expresse docet Paludanus in 4. distinct. 29. q. 1. art. 3. Azo=
rius tomo 1. moralium lib. 1. c. 11. q. 6. et novissime velat, eamque opinionem Sanchez
lib. 4. disput. 14. n. 2.

N. 34. Sed verius puto matrimonium metu contractum nullum esse iure na=
turali

turali. De iure n. positivo nulla dubitatio e, et ita dicendu erit, matrimoniu infide= liu metu contractu nullu ee; na etsi legib. Eccle n adstringantur, iure vo naturali tene= ntur, q d omes obligat indistincte, ut sentit D. Thom. in 4 distinct. 29. q. unica art. 3. Ro huius doctrine ex ipsa natura matrimonii deducitur, ad illud n. multo pfectius resolu= tarum requir, qua ad alios contractus, na ceteri contractus civiles ex ipsa natura su et sat= tento iure naturali revocabiles sunt, et io nihil interest, q d metu celebrati valeant re= vocabiliter, q d implicaret naturaliter in matrimonio, na cu sit purus contractus, e irre= vocabile. Diximus etiam ee vinculu mutui amoris, et animorum, et corporum traditione co= iuncti, qui naturaliter repugnat cu coactione.

matrimoniu infide- liu contractu, nullu e ligan tm rat. na

Veru etsi na pontifices du matri= monii nullitate statuunt pp metu, n videntr nova institutione irritante matri= monia coacta statuisse, id tm declarasse eu fuisse irrita; na Eccla matrimonia p= terita irritare n potuit, s lu q prius declarare irrita. Tu etiam videmus, q d sponsalia iure naturali irrita n pducunt impedimentu publice honestatis, ut diximus in c. ad audientiam huius titi ex textu in c. unico hoc tito lib. 6. pducunt tn tale impedime= tu, q d o solo iure Ecclesiastico irrita sunt, at matrimoniu ratu metu contractu n pdu= cit impedimentu publice honestatis, q faciendu e nullu iure naturali. N. 34.

Nil x qq obstat levissima ee fundamenta, qq Sanch. et alii ab eo relati conantur pbare matrimoniu metu contractu solo iure positivo nullu ee. et 1. dicunt, q d oia metu gesta simpliciter sunt voluntaria; at matrimoniu autem sufficit consensus. Tu etiam q alii contractus metu ges= ti irriti sunt solo iure positivo, na R. facile voluntate, et consensu coactu ee mixtu vo= luntariu, q d u tn diximus, n sufficit ad matrimoniu. N. 35.

Nec obstat 2. fundamentum de du= tu ex eo, q d etiam metus levis minuit aliquid de libertate, et in matrimoniu metu levi contrac= tu valet scdm oes, q q d ex metu gravi nullu sit, ex solo iure positivo pvenit; na R. concedendo matrimoniu metu levi contractu valere. metus n. levis nec naturae matrimo= nii, nec eius ppetuitati obstat, nec vinculo amoris, et amicitiae. N. 36.

N. 37. Difficilius autem est 3. fundamentum contrariae sententiae, quod desumitur ex eo, quia Baptismus etiam, et voluntatem suscipientis exigit, et iuramentum libertatem desiderat, at Baptismus metu susceptus obligat. c. maiores de Bapt. et iuramentum metu extortum valet. c. verum c. si vero de iure iur. Ergo et matrimonium ex sua natura valebit, nisi id Ecclesia irritaret, ad huic fundamento R. ... in solut. ad 3. argumentum.

N. 38. Unde intelliges, quare ex matrimonio metu contracto nulla oriatur actio etiam ex parte illius, qui libere consentit, in eo n. est dubitatio an non teneatur matrimonium ratificare, et sponsum recipere antequam ille, qui metum passus fuit, ratificet pristinum consensum, respondet Nav. in man. c. 22. n. 51. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 10. n. 5. quod is, qui metum intulit, peccat mortaliter, si altero invito resipiscat, non expectato aliquo tempore arbitrio boni viri.

N. 39. Ego vero ius existimo ad observantiam illius nec etiam metum inferentem teneri, nec ad aliquid aliud in virtute illius contractus, nisi secuta condemnatione iudicis. quare ante illam sententiam potest resipiscere. ratio est, quia aut tenetur ratione delicti, et tunc necessaria erit iudicis condemnatio, antequam nemo tenetur poenam subire; aut ratione iniuriae illatae per coactionem. at coactionis non est tanta iniuria, si aliud damnum non sit secutum, ut teneatur, qui metum intulit, matrimonium contrahere. Tum etiam quia cum contractus sit onerosus, et ultro, citroque obligatorius, si ex una parte non obligat, ex altera non obligabit: sic n. videmus, quod si, qui ficte contraxit matrimonium, quamvis alteram decipiat, si nullum aliud damnum sequatur, ad nihil tenetur, ut copiose probat Sanch. lib. 1. disp. 11. n. 4. et viam ficta professio, quamvis contractus sit onerosus ex parte profitentis, et acceptantis, nihilominus professus nulla obligatione manet adstrictus, nisi saltem per accidens ratione scandali, ut notat Soto de iust. et iur. lib. 7. q. 1. art. 2. quae verior est mea, et contrariae opinionis fundamenta levissima sunt, et ideo merito omittuntur.

N. 40. Haec dicta sufficiant de metu iusto, nunc breviter videamus, quid de metu reverentiali sit dicendum, et omissis variis opinionibus, illa verior mihi videtur, quae docet, solum metum reverentialem non cadere in virum constantem, nisi adsint alia adminicula, ac proinde nec annullare matrimonium, nec alios contractus rescindere. Sane mea probat Pan. in c. ex litteris n. 3. de despons. impub. Inn. in c. causam matrimonii de offic. deleg. et ibi Butrius n. 15. Card. in 1. oppos. et velut ... 86.

De metu reverentiali ... [illegible]

in 4. 2 p.te c. 3. §. 6. n. 7. Gutier. de iuramento confirmat. 1. p.te c. 1. n. 1. et ita iudicatum ee refert Rota in nouissimis decis. 341. n. 2. volum. 2. et probatur ex textu in c. cum locum de desp. imp. ibi nolens, et multa minis parentum impulsa. ubi ad nullitatem sponsaliorum non solum ponderauit textus patris reuerentiam, idem illum minas idem in c. 2. de pactis lib. 6. qui loquitur de renunciat. filie in fauorem patris facta. 2° probatur textu in l. si patre cogente. 22. ff. de ritu nupt. ubi dicitur, coactione patris .i. reuerentia matrimonium contractum non annullare, et facit textus in l. fideiussor imperauit. 26. §. pater ff. de pignor. ubi proponitur illius filium ~~mea patrii~~ domum suam pignori obligasse, et nihilominus dicit eum obligationem non posse retractare, et reddit rationem in verbis: Nec metuere debebat ex hoc solo, quod mandante patre manu sua percipiis instrumentum, quia sola reuerentia patris non inducit iustum metum. argumentor

Nec etiam ea opinione contra obstat textus in l. 1. §. que onerando= N. 41.
de ff. quarum rerum actio non detur, ubi probatur actum non solum rescindi factum coacto, cui nimia debetur reuerentia, sed si fiat eo absente ibi: vel nimia patroni reuerentia. ubi ponderanda est alternatiua, ad cuius ueritatem sufficit, quod una pars sit uera s. in alternatiuis de reg. iur. lib. 6. sufficit quod solus metus reuerentialis ad rescindendum contractum, et annullandum matrimonium. Respondetur facile, quod ille textus intelligitur de solo metu reuerentiali: loquitur n. de nimia reuerentia, que aliquid amplius denotat, vel dicit, quod summa reuerentia inducit metum iustum, quam tota dubitatio arbitrio iudicis est relinquenda.

Quod si queras, in quibus detur metus reuerentialis. Respondetur in obligat. regulariter, in quibus dicitur N. 42.
in filio respectu alterius, et in clerico respectu epi, et in quocunque subdito respectu superioris, et in genero respectu soceri, qui loco patris habetur, ut aduertit Nauar. consilio 34. lib. 3. n. 2. de regular. et in curatore idem procedere putant. De timore vero mariti id negat Burgos de Paz consilio 3. n. 88. sed ego iudicis arbitrio relinqui debere existimo, ut notat Gutier. consilio 6. n. 6. Et hoc modo intelligendum est, quod uulgo tradunt doctores de sponsalibus, et uxoribus respectu patrimoniorum et adducti a Sanchez lib. 4. disp. 6. q. 4. n. 31. et de aliis similibus.

Sed an etiam in professione reli= N. 43.
gionis idem procedat, quod in matrimonio respectu metus reuerentialis, controuersum est. et multi putant.

[illegible]

diversum esse ita, ut si matrimonium metu reverentiali contractum solo, non annulletur, professio tamen ex eodem metu annullabitur. quam nostram sententiam probat glossa in c. perveniens verbo, sparsi 20. q. 3. Hippolytus singulari 347. Bursatus consilio 72. n. 21. volumine 1. moventur etiam ex textu in c. puellae 20. q. 1. ibi: puellae quae non coactae parentum imperio habitum susceperunt, si postea nuptias elegerunt, praevaricantur. Sed a contrario sensu si coactae fuerunt parentum imperio, poterunt habitum deserere, et matrimonium contrahere. Moventur ex d. c. perveniens 20. q. 3. ubi pronunciatur irrita professio eiusdem, qui a patre professionem coactus est.

N. 44. Sed multo verius est, nullum esse discrimen inter matrimonium, et professionem ita, ut solus metus reverentialis sicut non annullat matrimonium, sic nec professionem, cum in utroque spontaneus desideretur consensus, sed de metu impeditur, vel non impeditur libertatem in utroque, et probatur in c. fin. qui clerici, vel voventes, dum docet votum emissum praecepto regio, vel parentum, validum esse, et ibi notat Abb. n. 7. Praeterea probatur in d. c. puellae, ubi ad annullandam professionem patris coactio ponderatur, ut advertit Cobb. in 4. 2. part. c. 3. § 6. n. 7. metum non reverentialem cum ut eadem in casu astante, non impedit liberam voluntatem. nec quidquam movent contraria fundamenta alterius opinionis, nam textus in d. c. puellae, et in d. c. perveniens non loquuntur de metu reverentiali solum, sed supponunt coactionem patris

N. 45. libertatem excludentem.

Ex quo infertur declaratio ad textum in c. gemma. 2. q. hoc titulo, dum probat poenam adiectam contractui sponsaliorum irritam esse ita, ut violanti fidem promissam, in utroque foro ad solvendam poenam non teneatur, ne metu poenae incurrendae matrimonium contrahat, idem probat textus in l. Titia. 134. ff. de verborum obligationibus, et in l. fin. C. de sponsalibus. ratio est, ut hoc modo melius libertati consulatur; quae doctrina procedit non solum, quando poena per ipsos sponsos apponitur, sed etiam quando apponitur a consanguineis illorum ita, ut probabile sit, sponsos induci ad contrahendum matrimonium, ne consanguinei poenam solvant; immo textus in d. c. gemma poenam a parentibus adiectam annullat, ut notat Bart. in d. l. Titia n. 9. et relati a Cobb. in 4. 2. part. c. 3. § 7. n. 9. Azebedo in l. n. 3. tit. 2. lib. 5. compilat. Graziano reg. 33. n. 15. valebit tamen poena, quando illi, qui ad matrimonium obligandum, non promiserunt matrimonium futurum aliorum, sed promiserunt tamen se facturos, et curaturos, ut recte notat Sanch. lib. 1. disp. 24. n. 11. eiusdem est, quod si poena inter extraneos apponatur deberet procul dubio, quando praesumitur matrimonii libertatem impedire, ut notat Bald. in l. fin. n. 10. C. de sponsalibus.

sponsal. Cumen. in d. l. Titia n. 6.

Sed dubitabis an quoquo pena adiecta non valeat, ut dictum est, nec exigi possit, si soluatur tamen, an possit ab accipiente retineri, et qui illam tenetur restituere probatur, nam illa promissio pene est irrita, et nullas vires habet, ut probat expressius textus in d. l. fin. in fine C. de sponsal. ergo si soluatur pena tenebitur recipiens illam restituere, nam cum promissio talis non dicatur sine viribus, cum facta solutio virtute promissionis dominium non in accipientem transferatur. N. 46.

Sed probabilius est, recipientem ad restitutionem non teneri, donec prius condemnatus sit, quia iura irritantia talem promissionem solum irritant obligationem soluendi penam, non tamen dominii translationem impediunt, nec efficiunt recipientem inhabilem ad retinendum, nam cum sint penalia non sunt extendenda. Unde si bene inspiciantur iura penalem stipulationem irritantia, solum denegant actionem exigendi penam promissam, ita ut promittenti tantum sit ab obligatione soluendi. Sic enim in aliis similibus casibus explicat Burgos de Paz in l. 3. Tauri. 4. p. te n. 1482 Soto de iusti. et iu. lib. 4. q. 5. art. 2. Mol. de iust. et iu. tom. 2. tr. 2. disput. 4. n. et sic facile R[esponde]tur ad textum in d. l. fin. fatemur enim talem promissionem nullas vires habere, id hoc intelligitur, quod attinet ad exigendam penam promissam, non vero quod attinet ad illam iam solutam retinendam. N. 47.

Sed iam videndum est, an matrimonium metu contractum, quod nullum est, postea sequuta copula confirmetur, quasi purgato metu, in qua quidem certa est doctorum sententia, metum purgari iam ex subsequuta copula, et eo casu incipere valere matrimonium, si alter, qui absque metu consentiebat, permaneat in pristino consensu, ratio est, quia quando matrimonium contractum fuit, solum ille consideratur defectus, quod spontaneus non fuerit consensus, quod utique sufficienter sequuta copula purgatur, nam tradimus eam adiunctam affectu maritali, ut excludatur peccatum, ut notat D. Thom. in 4. distinct. 29. q. unica art. 3. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 9. n. 7. et relati a Mén. de praesump. lib. 3. praesump. 4. n. 30. et probatur in c. insuper qui matrimonium accusare possunt, verbo copula carnali consensit. et verbo glossa verbo copula, c. insinuationi de spon. et verbo glossa verbo ante, c. ex literis eod. tit. verbo nec ad eandem carnaliter accessum habet. N. 48.

matrimonium metu factum ... copula an confirmetur metu

Cum doctrina non solum procedit, quando post metum subsequuta est copula, idem quando sine copula fuerint inter contrahentes

Sactum

N. 54. Si nihilominus multo verius puto, quod in dicta specie non sit necesse iterum coram parocho, et testibus contrahere, id satis esse, si contrahentes inter se ipsos solos renovent consensum, ut probant Nav. Ledesma, Cobb., Manuel Ro= driguez, et alii relati a Sanchez lib. 4. disp. 38. n. 12. qui omnes post dictum loquun= tur existentes in casu fuisse particulari proprio motu Pii quinti declaratum.

N. 55. Sed haec doctrina solum procedit ex allegatis quotiescumque matrimonium praesente parocho et testibus contractum fuit nullum propter aliquod impedimentum occultum, quo casu cessante impedimento et post dictum non est necesse ite= rum consensum renovare repetita forma dicti, id nos fuit [illegible] talis renovatio consensus se= cuti praestita, aut cohabitatione subsequuta. Secus vero si impedimentum fuerat publi= cum, quo casu sublato impedimento post dictum necesse esset formam dicti renovare, et in hoc casu formam esse servandam loquuntur relati, seq. Henr. lib. 11. de matrim. c. 3. n. 6. Cordoua lib. 1. q. 11. art. 2. adeo, ut non idem sit necesse formam dicti renova= re, quando impedimentum publicum est, dicens quod probabile est in foro exteriori ex relatis repetita sed quod matrimonium metu contrahitur, metus adhiberetur in praesentia parochi, et testium, nulla esset dubitatio quod matrimonium numquam ratificari posset, nisi repetita forma dicti.

N. 56. Sed ut rationem huius doctrinae assignemus, suppo= nendum est, aliud esse rationem legis in aliquo casu cessare, aliud vero, quod ratio legis non comprehendat, seu non se extendat ad illum casum: nam in primo casu lex tantum comprehenditur sua generali= tate illum casum comprehendit, atque legis rationem cessare non diceremus, nam si casus iste non esset lege comprehensus, ratio non cessaret, quod numquam fuit, non cessat. In 2. vero casu ratio legis non= quam amplectitur illum casum, et siquidem [illegible] lex ipsa, quia lex numquam extenditur ultra limites suae rationis arg. text. in c. ratio nulla respondit. L. cum pater. §. dulcissimis ff. de leg. 2. cum adductis a Barbosa in axiom. cessante causa ... n. 32. Quan= tum quoque dicitur esse, an cessante legis ratione cesset ex eo quod in legis ratione a principio aliquem casum non comprehendit, dubitandum non est legem ad illum non extendi. Ut si praecipit superior, ne reliquos adeant lo= cum ubi laborant operarii, ne illos narratis sermonibus impediant, siquis autem tacendi adire voluerit, dicemus in illo praecepti rationem cessare, si vero die feriata adiret, dicemus eum casum sub praecepto non compre= hendi.

N. 57. Vide superioris doctrinae rationem deductam; nam ratio, propter quam Decretum dictum matrimonium non valere

valere, nisi contractum coram parocho, et testibus, et, ut intendis gravia peccata ex clandestinis nuptiis consurgentia. praecipue illorum, qui postquam cum aliqua clam contraxerunt, aliam publice ducunt uxorem. quae ratio non comprehendit casum nostrum, nam prius matrimonium nulliter contractum in foro externo validum reputatur, et ideo publice obstat; itaque non pateretur dicta illos aliud matrimonium contrahere.

His suppositis non obstant argumenta in contrarium adducta. non primum, quod petebat illius quaestionis longa disputatione, an contractus per iustum metum celebratus sit ipso iure nullus: an vero rescindendus, de qua tractant interpretes in l. 1. C. de rescind. c. 1. de his, quae vi, et innumeri relati a Sanchez lib. 4. disputat. 8. et 9. Donellus lib. 18. commentariorum c. 39. et ibidem relati ab Osualdo. obtinuitque valere eos contractus mero iure, et revocari posse actione, quod metus causa. illud vero breviter animadverto metu contrahentem naturaliter non obligari ita, ut in foro conscientiae contractum adimplere non teneatur, ut recte advertit [illegible] de iust. et iur. tomo 2. disp. 267. ad argumentum quod ex dictis facile respondetur, nam peculiaris ratio suadet, matrimonium per metum ipso iure nullum esse. tum quia ad alios contractus consensus sufficit; ad matrimonium vero desideratur omnimoda libertas: tum quia ceteri contractus rescindi possunt: matrimonium vero semel contractum irrevocabile est. N. 58. R. argumenta contraria [illegible]

Nec obstat. 2m. ex d. c. consultationi huius tit., nam verissimum est, matrimonium metu contractum tunc esse nullum, quando ad eum finem iniuste incussus est metus ab extrinseco, nam si metus vel non inferatur ad extorquendum matrimonium, vel inferatur a se ipso, non efficiet matrimonium nullum, nam eo casu non impenditur ad matrimonium contrahendum ab alio, sed a se ipso, et consequenter nulla est ei coactio, veluti in matrimonio cum concubina contracto in articulo mortis, ut notat Soto in 4. distinct. 29. q. 1. art. 3. Cobb. in 4. 2. p. c. 3. § 4. a n. 16. Henr. lib. 11. c. 9. n. 1. quod multis aliis exemplis recte declarat Sanchez lib. 4. disp. 12. a n. 3. cum sequentibus. N. 59. [illegible]

Quando vero metus ab extrinseco illatus est ad extorquendum matrimonium, erit ipso iure nullum, etiam in foro conscientiae. quae doctrina certissima est, ut supra explicuimus. Nec obstat textus in d. c. consultationi, nam dum ibi dicitur, audienda esse foemina reclamante, matrimonium, intelligendum est, non ut iudex rescindat matrimonium iam contractum, sed ut declaret irritum fuisse a principio. N. 60.

Nec obstat. 3m. quod petebat longa disputatione, cur Baptismus metu susceptus, et ordo sacer valeat, non autem matrimonium. in qua difficultate varias adducunt differentias nostri theologi. alii dicunt discrimen esse, nam Baptismus est opus Dei non dependens ab hominum voluntate: at matrimonium a contrahentium consensu dependet, et ideo Baptismus per metum obligat, non vero ma- N. 61. [illegible]

trimo

matrimoniu, id minuitur, qm est ad effectu Baptismi uoluntas suscipientis desideratur. quare
Scotus rondet dicrimen est, qm dicto Baptizati p Baptismu melior efficitur, qd n ita e in-
eo, qui inuitus ducit uxore.

N.B. Aduertius e inualidu esse Baptisma metu susceptu, na uolun=
tas coacta simpliciter e uoluntas, ut in. l. si mulier. §. si metu ff. qd metus ca

Ad capitul. quibus debentur decime.

Supposito eo, quod decime solis clericis debentur, ut patet, et statim dicam latius, difficile est quibus clericis debeantur; ideo enim in hoc varia sunt antiquorum canonum decreta, ut vix quidquam certum ex eis deduci possit, nam q. 1. decimas iure communi parrochialibus, et baptismalibus ecclesiis deberi, et probatur in c. quicunque .4. c. de decimis .5. c. statuimus .5. .16. q. 1. c. in fine de X-horum sig. in .6. c. cum contingat .29. hoc tit. et ratio idem suadet, nam cum decime sint stipendia sacerdotum spiritualia ministrantium, et hunc laborem parrochi soli sustineant, his solis decime deberi videntur. E contrario autem decimarum distributionem ad Episcopum pertinere probatur in c. 1. .16. q. 7. c. in sacris .5. .16. q. 1. c. Episcopi .23. cum seq. 12. q. 1. item episcopis ex his decimis certam partem deberi probatur in c. quoniam .13. ibi: tua parte retenta hortato. quam partem quartam fuisse traditur in c. querente .16. ibi: de decimationibus de offic. ordi. in c. 4. ibi de quarta decime, de prescriptionibus. quinimo in omnibus decimis fundata est iure communi intentione episcopi probat nos difficilis in c. dudum .31. hoc tit. ibi: intent. tua de iure communi fundata. Preterea aliis etiam clericis preter episcopos, et parrochos decimas deberi probatur in c. ex parte .21. hoc tit. ubi canonicis decime solvi iubentur, et omnibus clericis in c. ad hoc .63. .16. q. 1. in c. 3. .16. q. 7. et facit quod decime pro omnibus ministris ecclesie instituta sunt. c. in c. 22. hoc tit. et exemplum Levitarum, in qua levitis omnibus decime solvebantur leviticus c. fin.

In hac diversitate, statuo primum. Decimas ex prima institutione ad Episcopum pertinere, ut eas inter clericos sue dioceseos eque distribuat, nunc vero certis uniuscuiusque clericorum partibus assignatis; episcopus habet iure communi .4. et parrochi, clericique ecclesie ministrantes, et canonici cathedralium ecclesiarum eam partem, que suis beneficiis ex consuetudine adiudicata est; quod si non sit certum, que pars ex consuetudine debeatur parrocho, dicendum deberi ei .4. ex antiqua decimarum divisione, de qua in quatuor .27. 12. q. 2. cum in eo in onere, ut cleri- c. in quatuor

cos

eos ducat, qui eis in spiritualibus ministeriis adiuvant. x. Trid. sess. 21. de reformat. c. 4. Sotus de iustitia lib. 9. q. 4. art. 3. Aragon. 22. q. 2 [illegible] et 3. Zuarez de religione tomo 1. tit. 2. lib. 1. c. 23. et 29.

N.° 3. Ex his infertur [illegible] decimas non minus principaliter ad episcopos, quam ad parrochos pertinere. Immo magis ad episcopos, cum eis principue incumbat suae dioecesis cura, pauperum* subventio, ecclesiarum reparatio, ex quo non bene Rebuffus de decimis q. 7. a n. 3. principaliter dicit efficere ius parrochi.

*pauperes.

N.° 4. Secundo fit, episcopum habere in decimis cuiusque parrochiae fundatam intentionem suam iure communi quoad 4. d. c. 4. d. c. concurrente, ad quae reduci debent textus in d. c. quoniam et in d. [illegible], et si ea iura varie interpretentur glossa, et antiquiores hic et Rebuffo [illegible]. a n. 6.

N.° 5. 3.° fit posse dividere decimas quaequumque agere posse Zuarez d. c. 29. n. 3. pro decimis in parrochiis, etsi partem earum habeat episcopus puto acturum parrochum, quia primus est parrochis [illegible], ut notatur in c. fin. de successionibus ab intestato Rebuffus d. q. 7. n. 12. et q. 9. n. 36.

N.° 6. 4.° fit excepta parte quae in qualibet parrochia debetur episcopo habere parrochum in omnibus decimis fundatam intentionem iure communi cum onere spiritualia ministrandi, et ecclesiam reficiendi (nam de pauperibus [illegible]) et ea reduci debent, quae tradit Rebuffus d. q. 7. a n. 3. et in [illegible] congruae portionis a n. [illegible]. nomine autem parrochi eum comprehendimus, qui praeest ecclesiae parrochiali, et matrici nominatio, nam si contingat propter populi multitudinem, locorumque distantiam aliam ecclesiam aedificari intra antiquos terminos ex dispositione textus in c. ad audientiam de ecclesiis aedificandis, et Trid. sess. 21. de reformat. c. 4. non debent ecclesiae antiquae decimae subtrahi, sed solum tenetur parrochus illius congruam assignare ad alimenta rectoris novae ecclesiae, et eius refectionem. d. c. ad audientiam. d. c. 4. [illegible] ecclesiae. [illegible] 4. c. [illegible] 16. q. 1. Ex quo nuper decidi causam in episcopatu Placentino, et iudicavi ad ecclesiam matricem omnes decimas pertinere, non vero

ad

ad ei annexa, etiam hæc Papæ malum esset, et in ea sacramenta numeroso populo ministrarent, quia sola sacramentorum distribuendorum potestas non facit ecclesiam parrochialem, sed illud ante omnia requiritur, ut rector habeat populum, cuius curam exerceat nomine suo, non alieno, Josephus Ludovicus decis. 72. n. 9. et 24. Mascardus relusione 26. Cet. 5. 22. Rebuffus d. tit. de decimis q. 6. n. 9. et in concordantiis tit. de collationibus § statuimus ver. et Nicolaus Garcia de beneficiis p. 1. c. 6. n. 4. et facit declaratio Cardinalium, quam refert Marcilla in decretis concilii Trid. lib. 2. tit. 7. c. 2. ... concil.

Quinto infertur non bene Caietanum 22. q. 86. art. 2. docuisse decimas solis parrochis deberi, non vero aliis clericis, quem ideo reprehendit Soto d. art. 2. et si conetur eum defendere Rafael d. q. 86. art. 2. disputatione 2. ¶ Sane in clericis simplicibus qui nullum beneficium habent verae est mens Caietani, quia hi, licet ex vi clericatus habeant capacitatem decimarum, quam laici non habent, non tamen ad eas percipiendas ius acquirunt, quia cum nullo ecclesiastico ministerio in populi bonum inserviant, stipendium eis non debetur. N. 7.

